


CAVANIE

MONADE


P. I.

A  
47  
38



A-III-11.

1b






0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26

7 400 40 Saffa / MADE IN SPAIN


A-III-11.

1b



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL  
GRANADA

Sala: A  
Esp.: 47  
Inventario: 38



AR:8 T-5

(1)

# MONADELPHIÆ

CLASSIS

DISSERTATIONES DECEM.

AUCTORE

*ANTONIO JOSEPHO CAVANILLES*

*PRESBITERO-VALENTINO.*



R  
2616 -  
Nº 581.9

MATRITI

EX TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DCC. LXXX.

Prostant { Matriti apud D. Antonium Baylo.  
                  { Parisiis apud D. Firminum Didot.

THEATRUM CLAVICORDI

EDWARDI

MUSICO-CHAMBERLAIN

EDWARD

EDWARD CLAVICORDALY

EDWARD CLAVICORDALY

# PRÆFATIO

## IN UNIVERSUM OPUS.

INTER tot tantosque Philosophos qui operam suam ad Botanicam perficiendam contulerunt, paucos admodum invenio qui de aliqua plantarum familia, aut in systemate Linnæano classe, peculiari tractatu egerint. Laborem istum longe utilissimum neglexerunt plerique omnes, sive novarum stirpium producendarum studio capti, sive provinciae alicujus Floræ componendæ, aut systematum constitutioni intenti; nonnulli etiam quod plantarum copia, aliisque adminiculis destituerentur. Ego vero, ut neminem contemnam, immo laudem eos omnes, qui quocumque modo Botanices finibus promovendis insudarunt, malui tamen Plumierum, Dillenium, Scheuchzerum imitari, quorum hic de graminibus, iste de muscorum familia, ille de filicibus americanis præcipuos tractatus scripsere accuratis tabulis ornatos. Idque eo feci vel maxime quod Parisiis olim degens et amplissimæ urbis auctoritate, et doctorum humanitate ac frequentia, et plantarum librorumque copia me identidem adjutum iri confiderem. Spartam autem mihi pro viribus ornandam delegi monadelphiæ classem, ea scilicet plantarum genera in quibus filamenta sunt in unum corpus coalita, non ea solum quæ Linnæus in monadelphia complexus fuit, sed alia quoque bene multa ab ipso perperam per varias classes disseminata, tum et illa quæ reperi in Commersonis herbario. Septuaginta hactenus examinavi genera, quorum octodecim nova plurimis speciebus aucta, eaque in operis decursu inordinata litteris consignavi, quod non omnia simul in hortis viva aut in herbariis desiccata observare pro lubito poteram: tamen absoluto nunc opere in rironum gratiam suscepto, quodque sapientibus castigandum offero, in debitum ordinem omnia redigere conabor, uti pagina 41 promissi.

Nihil regno vegetabili jucundius sive florum pulchritudinem variasque formas inspicias, sive fructificationis mirabilem fabricam scruteris: at nihil quoque difficilius videtur, quam plantarum genera et species internoscere, rectaque methodo constituere. Quapropter non parum insudarunt Botanicorum principes ut systemate aliquo faciliorem redderent herbarum cognitionem. Alii eas in familias diviserunt prout habitus et fructificationis differentiae posse videbantur: alii in corolla apud vulgus præstantiore fundamentum posuere, quo stirpes commode riteque ordinarentur: alii denique fructum et genitalia profunde investigantes plantas omnes methodice complexi sunt. Nemo vero hucusque perfectum sistema dedit, nec dabit unquam: scilicet per exiguae sunt humanae mentis vires, neque naturam integrum metiendo pares. Itaque methodi omnes et laudanda continent et corrigenda: harum nihilominus aliqua uti necessarium est, cuius ope quasi ariadnæo filo ex plantarum labyrintho exiri possit. Cæterum quænam erit utilior atque facilior præsertim rironibus? Aggrediuntur regnum vegetabile ideis fere omnibus destituti, plantamque singularem offendunt floribus ac fructibus onustam. Huius cognitio \*

non aliunde petenda est quam ab integra ejusdem fructificatione, quam manibus oculisque usurpant. Quod cum Linnæi systemate fiat, quin id cæteris anteponendum sit, nullus dubito. Familiarum certe peritissimus, mihique in primis carus Antonius Laurentius de Jussieu sexuali systemati ultro concepit (a) quod uniforme et accuratum sit, omnesque ex unica parte classicos eruat characteres ita delineatos ac circumscriptos, ut facili negotio percipiantur, et plantis omnibus ordinate distribuendis, ac sine præceptore agnoscendis conducant. Multa tamen in ipso reprehendit, videlicet quod tenuissimis interdum instruatur organis: quod ex staminum numero et proportione notas eruens, discordes in eisdem sectionibus congerat plantas; discrepantes item staminum numero, ut congeneres conjugat, et alia plurima. Sed huiusmodi incommoda leviora sunt tironibus præ illis quibus passim scatet familiarum sistema, quæque superari vix possunt. In hoc sæpe hærent vel ipsi coriphæ, innumera genera relinquentes a familiis sejuncta, quia characteribus gaudent nulli familiae congruentibus. Familiae ulterius idea non habetur, nisi innumeris plantis in antecessum cognitis; quæ nunquam clara et distincta erit nisi familiis pluribus comparatis, quod tirones nullo modo facient, provectiones admodum difficulter. Utrique item magnis obstruentur difficultatibus si cotyledonum seriem, situm, figuram, numerum; si seminis corculum proprio marte inquirant, id quod nisi pecudum more aliquos sequantur, necessarium erit.

Perpolivit quidem hoc sistema D. de Jussieu, sed non potuit aberrationibus, et discordantiis purgare. In ipso enim videmus CLEOME ad CAPARIDUM frontem, quod species conjungit nedum staminum numero et situ discrepantes, verum etiam germine stipitato et sessili. Atqui germinis situs in CAPARIDUM familia determinatus esse debet, scilicet stipitatus, ut apud auctores in confessu est. NISSOLIA, SECURIDACA inter LEGUMINOSAS recensentur, quamquam earum fructus a legumine distet: hic enim est omnino similis BANISTERIA fructui, quem nemo hucusque legumen reputavit. PTEROCARDUS quoque reluctante fructu in dicta familia collocatur. Denique ne in re clarissima diutius immorer legatur sapientissimum Jussieui opus, in eoque insignes exceptiones, tum genera ad cuiusque familiae calcem inserta, quæ affinia ipse nominat; addantur etiam incertæ sedis plantæ, atque centenarius familiarum numerus; et tandem pronuncietur num anteponendum sit hujusmodi sistema sexuali systemati, an potius hoc illi præsertim tironibus, quibus præcipue inserviendum est. Mihi certe aptius videtur sexuales systema, quod Thunbergius emendatum dedit in Flora Japonica, ubi gynandriam, monæciam, diæciam et polygamiam classem supræsit. Verumtamen quia corrigenda in ipso plura restant perficere tentabo ea saltem quæ ad monadelphiam spectant; et ne id pro lubito fecisse videar, observationes præmittam in plantarum iterato examine collectas, quibus tanquam fundamentis mea innitetur methodus.

I. In monadelphiæ plantarum folia sunt aut stipulata, aut stipulis destituta: triginta septem genera vidi stipulata; triginta tria sine stipulis: quocirca in duas phalanges ea distribuo, STIPULATA scilicet et NON STIPULATA.

II. Genitalia in monadelphiæ floribus aut sunt stipitata, aut sessilia, id est

---

(a) Pag. XXXIII præfationis operis cui titulus GENERA PLANTARUM.

aut stipitis longitudine germen cum antheris a calyce distat, aut in corollæ et calycis fundo sedet. Hac ergo de causa genera tam STIPULATA quam NON STIPULATA erunt aut GERMINE STIPITATO, aut SESSILI.

III. Quando germen sessile est, tunc stamna aut basi coëunt in urceolum illud cingens, aut sunt affixa corpori tubuloso magis aut minus elongato, cuius basis ambit, tegitque germen; quapropter genera sessili germine erunt aut urceolata, aut tubulosa.

III. In *urceolatis* et *tubulosis* calyx aut simplex est aut duplex: ergo et *urceolata* et *tubulosa* in duas sectiones distribuenda erunt pro calycum numero.

Ex quibus universam monadelphiam sic commode ordinandam esse credo. Plantæ omnes in duas partes separantur, quarum altera stipulatas complectatur, altera quæ stipulis carent. Utraque denuo in duos ordines distribuatur: horum primus genera contineat germine stipitato, secundus reliqua quibus germen sessile est. Ulterius quoniam ordinum flores sessili germine staminibus gaudent, aut in urceolum basi coalitis, aut corpori tubuloso affixis, bifariam unusquisque partiatur pro varia forma corporis quam staminum coaliatio sistat, adeo ut dupli serie genera urceolata, parique numero tubulosa ordinentur. Series istæ denique flores habent unicalyculatos aut pluribus calycibus instructos, quare pro vario calycum numero in manipulos totidem distribuantur. Itaque cum analytice ad singulos manipulos perventum sit, genera rursus claritatis gratia in sectiunculas separantur pro staminum numero, ubi characteres adjiciuntur essentiales.

Hæc omnia ictu oculi clare conspiciuntur in duabus sequentibus tabulis, quarum prima continet monadelphiæ genera analyticè ordinata; secunda priori respondens eorumdem generum characteres. Quæ vero a tironibus observari et præ oculis haberi oportet in determinando monadelphiæ genere, hæc sunt. Videant 1<sup>o</sup> num plantæ folia ornentur stipulis, aut ipsis careant. 2<sup>o</sup> Num germen sit in floribus stipitatum aut sessile. 3<sup>o</sup> Num stamna coëant in urceolum aut in tubum. 4<sup>o</sup> Num flores gaudeant uno calyce aut pluribus. (a) 5<sup>o</sup> Stamina numerent quando definita sunt. Quibus omnibus rite perspectis, percurrent analyticam tabulam, ut manipulum reperiant in quo genus continetur, cujus characteres invenient in secunda. Si vero observatis omnibus supra dictis characteres reperiantur nulli meorum generum congruentes, certo sciant me de illo in Dissertationibus non tractasse; plura enim restant elucidanda genera apud botanicos nota, multa quoque deinceps invenient peregrinatores botanici, quæ luculentius alii explicabunt.

Hucusque ego qua potui diligentia 70 examinavi: generum characteres dedi quos natura monstrare videbatur: observationes passim adjunxi quæ et fastidium arcerent, et facilitatem parerent: affinitates generum præfixi singulis Dissertationibus: auctorum errores, quos reperi, in scientiæ profectum castigavi: meaque etiam dicta ad incudem revocans, si in plantarum examine quidquam observavi diversum ab illis quæ scripseram, in mantissis correxi: tabulas adjunxi 296 in quibus plantarum ramulos et fructificationum systemata delineavi. Quod si in pluribus a Linnæi dictis recedam, non pro lu-

---

(a) Unicum vidi genus acalyculatum, *Crinodendron* scilicet, quod inter unicalyculata reposui.

bito id facio, sed ut perfectiorem tractationem exhibeam natura duce. Ille enim diversas species in unum conjunxit, genera aliquando frustra multiplicavit, atque alia quæ separanda erant copulavit, characteres sæpe incompletos, falsos aliquando dedit; quæ omnia temporis angustiis tribuenda puto, aut exemplaribus siccis magnam partem mutilatis, minime vero tanti hominis oscitantiæ: de illius enim eximia scientia atque admirando ingenii acumine tot exstant monumenta quot opera, opera inquam præclarissima tantoque numero, vix ut credibile videatur, ea omnia ab uno homine confici potuisse! Quid Linnæus fecisset, si quas prolixe examinavi plantas ipse oculis lustrasset, nescio; illud prole scio, tantum philosophum ægre tulisse, si vel in ipsius obsequium, quæ veriora aut probabiliora videntur, quisquam silentio premeret.

# LYTICA.

nº 3.

*Ieandra.*

*RIBEA.*

*candra.*

*DENDRON. (c)*

*yandra.*

*A.*

*.*

*A.*

*RA.*

*A.*

Ge

nº 4.

*Pentandra.*

*WALTHERIA.*

*Decandra.*

*SENRA.*

*Polyandra.*

*MALOPE.*

*LAVATERA.*

*ALTHÆA.*

*MALVA.*

*MALACHRA.*

*PAVONIA.*

*URENA.*

*MALVAVISCUS.*

*HIBISCUS.*

*CIENFUEGOSIA.*

*GOSSYPIUM.*

nº 5.

*Pentandra.*

*AQUILICIA.*

*Octandra.*

*PORTESIA.*

*GUAREA.*

*QUIVISIA. (d)*

*Decandra.*

*AQUILARIA.*

*STRIGILIA.*

*SWIETENIA.*

*CONNARUS.*

*ERYTHROXYLON.*

*MALPIGHIA. (e)*

*BANISTERIA.*

*TRIOPTERIS.*

*TETRAPTERIS.*

*MOLINA.*

*FLABELLARIA.*

*AVERRHOA.*

*Dodecandra.*

*HALESIA.*

*STYRAX.*

*Polyandra.*

*CIPONIMA.*

*GORDONIA. (f)*

*CAMELLIA.*

*STEWARTIA.*

*MALACODENDRON.*

nº 6.

*Triandra.*

*GALAXIA.*

*FERRARIA.*

*SISYRINCHIUM.*

*Pentandra.*

*TICOREA.*

*Octandra.*

*AYTONIA.*

*Decandra.*

*SANDORICUM.*

*TURRÆA.*

*MELIA.*

# GENERUM MONADELPHIÆ TABULA ANALYTICA.

| Genera sunt | aut stipulata | germine stipitato | et pentandra                          | <i>AYENIA.</i>     | nº 1.                | <i>Pentandra.</i>  | nº 2.              | <i>Dodecandra.</i> | nº 3.                   | <i>Enneandra.</i> | nº 4.             | <i>Pentandra.</i>    | nº 5.                | <i>Pentandra.</i>     | nº 6.               |                    |                       |
|-------------|---------------|-------------------|---------------------------------------|--------------------|----------------------|--------------------|--------------------|--------------------|-------------------------|-------------------|-------------------|----------------------|----------------------|-----------------------|---------------------|--------------------|-----------------------|
|             |               |                   | et dodecandra                         | <i>PASSIFLORA.</i> | BÜTTNERIA.           | <i>DOMBEYA.</i>    | QUARARIBEA.        | <i>Decandra.</i>   | CRINODENDRON.(c)        | SENRA.            | <i>Polyandra.</i> | WALTHERIA.           | AQUILICIA.           | <i>Octandra.</i>      | <i>Triandra.</i>    |                    |                       |
|             |               | germine sessili   | calyce unico. nº 1.                   | <i>STERCULIA.</i>  | MAHERNIA.            | <i>ASSONIA.</i>    | <i>Decandra.</i>   | <i>Polyandra.</i>  | <i>CRINODENDRON.(c)</i> | <i>SENRA.</i>     | <i>Polyandra.</i> | <i>WALtheria.</i>    | <i>AQUILICIA.</i>    | <i>GALAXIA.</i>       | <i>FERRARIA.</i>    |                    |                       |
|             |               |                   | et urceolata                          | <i>KLEINHOVIA.</i> | HERMANNIA.           | <i>RUIZIA.</i>     | <i>Polyandra.</i>  | <i>PALAUÁ.</i>     | <i>PALAUÁ.</i>          | <i>Polyandra.</i> | <i>MALOPE.</i>    | <i>LAVATERA.</i>     | <i>Octandra.</i>     | <i>SISYRINCHIUM.</i>  | <i>Pentandra.</i>   | <i>TICOREA.</i>    |                       |
|             |               | aut non stipulata | calyce dupli. nº 2.                   | <i>HUGONIA.</i>    | <i>MELOCHIA. (a)</i> | <i>Dodecandra.</i> | <i>MONSONIA.</i>   | <i>ANODA.</i>      | <i>SIDA.</i>            | <i>LAGUNA.</i>    | <i>MALVA.</i>     | <i>ALTHÆA.</i>       | <i>Decandra.</i>     | <i>PORTESIA.</i>      | <i>GUAREA.</i>      | <i>AYTONIA.</i>    |                       |
|             |               |                   | calyce unico aut nullo. nº 3.         | <i>GERANIUM.</i>   | <i>PENTAPETES.</i>   | <i>Dodecandra.</i> | <i>PENTAPETES.</i> | <i>SOLANDRA.</i>   | <i>SIDA.</i>            | <i>SOLANDRA.</i>  | <i>MALACHRA.</i>  | <i>STRIGILIA.</i>    | <i>Decandra.</i>     | <i>QUIVISIA. (d)</i>  | <i>Decandra.</i>    | <i>Decandra.</i>   |                       |
|             |               | germine sessili   | et tubulosa                           | <i>ADANSONIA.</i>  | <i>BOMBAX. (b)</i>   | <i>Polyandra.</i>  | <i>BOMBAX. (b)</i> | <i>PACHIRA.</i>    | <i>PACHIRA.</i>         | <i>PAVONIA.</i>   | <i>URENA.</i>     | <i>MALVAVISCUS.</i>  | <i>SWIETENIA.</i>    | <i>CONNARUS.</i>      | <i>SANDORICUM.</i>  | <i>TURRÆA.</i>     | <i>MELIA.</i>         |
|             |               |                   |                                       |                    |                      |                    |                    |                    |                         |                   | <i>HIBISCUS.</i>  | <i>CIENFUEGOSIA.</i> | <i>ERYTHROXYLON.</i> | <i>MALPIGHIA. (e)</i> | <i>BANISTERIA.</i>  | <i>TRIOPTERIS.</i> | <i>MOLINA.</i>        |
|             |               | aut non stipulata | germine stipitato.— <i>MORISONIA.</i> |                    |                      |                    |                    |                    |                         |                   |                   |                      |                      | <i>Dodecandra.</i>    | <i>FLABELLARIA.</i> | <i>AVERRHOA.</i>   |                       |
|             |               |                   | et urceolata. nº 5.                   |                    |                      |                    |                    |                    |                         |                   |                   |                      |                      | <i>HALESIA.</i>       | <i>STYRAX.</i>      |                    |                       |
|             |               | germine sessili   |                                       |                    |                      |                    |                    |                    |                         |                   |                   |                      |                      | <i>Polyandra.</i>     | <i>CIPONIMA.</i>    | <i>Decandra.</i>   |                       |
|             |               |                   | et tubulosa. nº 6.                    |                    |                      |                    |                    |                    |                         |                   |                   |                      |                      | <i>GORDONIA. (f)</i>  | <i>CAMELLIA.</i>    | <i>STEWARTIA.</i>  | <i>MALACODENDRON.</i> |

(a) Aliquæ species gaudent calyce dupli.


(b) Staminum numerus varius, a quinque ad plurima.

(c) Caret calyce.

(d) Unica species est decandra.

(e) Aliquarum specierum folia sunt stipulata.

(f) Gaudet calyce dupli.



## CHARACTERUM TABULA.

## P A R S P R I O R.

## GENERALA STIPULATA, GERMINE STIPITATO.

\* *Pentandra.*

- AYENIA..... Stylus 1. Calyx 5-phillus. Petala 5. Capsulæ 5. monospermæ.  
 PASSIFLORA..... Styli tres. Calyx sæpe triphyllus. Corolla 5-10-partita. Pericarp. pedicellatum.

\* \* *Dodecandra.*

- STERCULIA..... Stylus 1. Calyx 5-partitus. Corolla 0. Capsulæ 5. univalves.  
 KLEINHOVIA..... Stylus 1. Calyx 5-phillus. Petala 5, quorum unum latius. Capsula inflata turbinata 5-locularis.

## GENERALA STIPULATA, GERMINE SESSILI.

## §. I. Urceolata, calyce uno.

\* *Pentandra.*

- BÜTTNERIA..... Stylus 1. Calyx 5-partitus. Petala 5. Capsulæ 5. monospermæ.  
 MAHERNIA..... Stylus 1. Calyx 5-partitus. Petala 5. patentia. Filamenta capillaria prope apicem tuberculosa. Capsula 5-locularis.  
 HERMANNIA..... Styli 5. Calyx 5-partitus. Petalorum unguis in tubum cullatum plicati. Filamenta lata. Capsula 5-locularis.  
 MELOCHIA..... Styli 5. Calyx 5-partitus. Petala 5. Filamenta nuda capillaria. Capsula 5-locularis.

\* \* *Decandra.*

- HUGONIA..... Styli 5. Calyx 5-phillus. Petala 5. Drupa carnosa capsules 5. continens.  
 GERANIUM..... Stylus 1. Calyx 5-phillus aut 5-partitus. Petala 5. Capsulæ 5. rostratæ.

\* \* \* *Dodecandra.*

- MONSONIA..... Stylus 1. Calyx 5-phillus. Petala 5. crenata. Staminum

[VI]

urceolus 5-partitus, et in unaquaque lacinia filamenta tria. Capsulæ 5. rostratæ.

PENTAPETES..... Stylus 1. Calyx 5-partitus. Petala 5. Capsula 5-locularis. Semina alata.

\* \* \* \* Polyandra.

ADANSONIA..... Stylus 1. Calyx 5-partitus. Petala 5. magna. Capsula magna lignosa non dehiscens. Semina involuta pulpa friabili.

BOMBAX..... Stylus 1. Calyx 3-5-partitus. Petala 5. magna. Capsula 5-locularis. Semina lanata.

§. II. Urceolata, calyce duplice.

\* Dodecandra.

DOMBEYA..... Stylus 1. Calyx exterior 3-phillus: interior 5-partitus. Petala 5. Filamenta 5. sterilia longiora. Capsulæ 5.

ASSONIA..... Styli 5. Calyx exterior monophyllus bracteiformis: interior 5-partitus. Petala 5. falcata. Filamenta 5. sterilia breviora. Capsulæ 5. coalitæ.

\* \* Polyandra.

RUIZIA..... Styli 10. Calyx exterior 3-phillus: interior 5-partitus. Petala 5. falcata. Capsulæ decem in orbem positæ.

§. III. Tubulosa, calyce unico aut nullo.

\* Enneandra.

QUARARIBEA..... Stylus 1. longissimus. Calyx 3-4-5-dentatus. Petala 5. oblonga, undulata. Antheræ novem sessiles versus tubi apicem. Capsula bilocularis.

\* \* Decandra.

CRINODENDRON.... Stylus 1. Calyx o. Corolla campanulata, 6-petala. Capsula coriacea trigona.

\* \* \* Polyandra.

PALAU..... Stylus 1. multifidus. Calyx 5-partitus. Petala 5. Stamina in extremitate tubi. Capsulæ numerosæ in capitulum conglomeratæ.

## [VII]

- ANODA..... Stylus multifidus. Calyx 5-partitus. Petala 5. Capsula supra stellato-plana multilocularis.
- SIDA..... Styli plures aut unicus multifidus. Calyx 5-partitus. Petala 5. Capsulæ tot quot stigmata, bivalves.
- LAGUNA..... Stylus 1. Stigma peltatum. Calyx apice 5-dentatus, expansione corollæ altero latere rumpendus. Petala 5. Capsula 5-locularis, 5-valvis.
- SOLANDRA..... Stylus 1. quinquefidus. Calyx 5-partitus. Petala 5. Capsula 5-locularis, 5-valvis.
- PACHIRA..... Stylus longissimus. Calyx tubuloso-campanulatus. Petala 5. ensiformia longissima. Capsula ovata multivalvis.

## §. III. Tubulosa, calyce dupli.

\* *Pentandra.*

- WALTHERIA..... Stylus 1. Calyx exterior triphyllus deciduus: interior 5-partitus. Petala 5. parva. Semina solitaria intra pelliculam bivalvem.

\* \* *Decandra.*

- SENRA..... Stylus quinquepartitus. Calyx exterior triphyllus maximus: interior minimus 5-partitus. Petala 5. Fructus ovatus polyspermus.

\* \* \* *Polyandra.*

- MALOPE..... Stylus multifidus. Calyx exterior triphyllus: interior 5-partitus. Petala 5. patentia. Capsulæ numerosæ in capitulum conglomeratæ.

- LAVATERA..... Stylus multifidus. Calyx exterior trifidus: interior 5-partitus. Petala 5. patentia. Capsulæ plures, bivalve, monospermae, in orbem positæ.

- ALTHÆA..... Stylus multifidus. Calyx exterior 6-9-fidus: interior 5-partitus. Petala 5. patentia. Capsulæ plures, bivalves, monospermae, in orbem positæ.

- MALVA..... Stylus multifidus. Calyx exterior triphyllus, quandoque monophyllus: interior 5-partitus. Petala 5. patentia. Capsulæ octo aut plures in orbem positæ.

- MALACHRA..... Stylus decemparditus. Calyx communis involucriformis triphyllus: interior 5-partitus. Petala 5. patentia. Capsulæ quinque monospermae, in orbem positæ.

- PAVONIA..... Stylus 1. Stigmata 10. Calyx exterior polyphyllus: interior 5-partitus. Petala 5. patentia. Capsulæ 5. bivalves, monospermae, in orbem positæ.

\*\*

[VIII]

- URENA**..... Stylus 1. Stigmata 10. Calyx exterior monophyllus, 5-partitus: interior 5-phyllo, foliolis interne glandulosis. Capsulae 5. echinatae bivalves, monospermæ.
- MALVAVISCUS**..... Stylus decemfidus. Calyx exterior 8-fidus: interior 5-dentatus. Petala 5. basi auriculata, in tubum convoluta. Drupa 5-locularis.
- HIBISCUS**..... Stylus 1. Stigmata 5. Calyx exterior polyphyllus, aut multipartitus: interior 5-partitus. Petala 5. Capsula 5-locularis, 5-valvis.
- CIENFUEGOSIA**..... Stylus 1. Stigma clavatum. Calyx exterior 12-phyllo: interior 5-partitus. Petala 5. Capsula trilocularis, trivalvis.
- GOSSEYPIUM**..... Stylus 1. Calyx exterior magnus, monophyllus, tripartitus: interior brevis 5-emarginatus. Petala 5. Capsula 3-4-locularis, 3-4-valvis. Semina lanata.

*P A R S   S E C U N D A.*

**GENERALA NON STIPULATA, GERMINE STIPITATO.**

- MORISSONIA**..... Stylus 0. Stigma capitatum. Calyx bifidus. Filamenta sub-viginti. Petala 4. Bacca globosa, unilocularis, pedicellata.

**GENERALA NON STIPULATA, GERMINE SESSILI.**

§. V. Urceolata.

\* *Pentandra.*

- AQUILICIA**..... Stylus 1. Calyx hemisphæricus, quinquedentatus. Corolla monopetala semiquinquepartita. Capsula quinquesulcata, quinquelocularis.

\*\* *Octandra.*

- PORTESSIA**..... Stylus 1. Stigma clavatum aut capitatum. Calyx 4-dentatus. Petala 4. Capsula bivalvis, bilocularis, disperma.
- GUARFA**..... Stylus 1. Stigma peltatum. Calyx 4-crenatus. Petala 4. Capsula 4-valvis, valvis subcarnosis.
- QUIVISIA**..... Stylus 1. Calyx 4-5-dentatus. Petala 4-5. Capsula 4-lo-  
cularis.

\*\*\* *Decandra.*

- AQUILARIA**..... Stylus 0. Stigma simplex, brevis. Calyx turbinatus 5-par-

## [IX]

- titus. Corolla o. Urceolus 5-partitus, laciñis bifidis.  
Capsula pyriformis lignosa bivalvis.
- STRIGILIA**..... Stylus trigonus. Stigmata 3. Calyx tubulosus 5-crenatus.  
Corolla 5-partita. Capsula sexlocularis?
- SWIETENIA**..... Stylus brevis. Calyx campanulatus 5-fidus. Petala 5. Capsula magna, ovata lignosa, 5-valvis basi dehiscens. Semina imbricata unialata.
- CONNARUS**..... Stylus 1. Calyx 5-partitus. Petala 5. Filamenta alterna breviora. Capsula oblonga, gibba, unilocularis, bivalvis.
- ERYTRHOXYLON**.... Styli 3. Calyx 5-dentatus. Petala 5. basi squamata. Drupa oblonga foëta nuce 1-3-loculari.
- MALPIGHIA**..... Styli tres aut pauciores. Stigmata globosa. Calyx 5-partitus inferne glandulosus. Petala 5. fimbriata longe unguiculata. Drupa foëta nuce triloculari, aut nucibus 3. 1-locularibus.
- BANISTERIA**..... Styli tres. Stigmata foliosa. Calyx 5-partitus, inferne glandulosus. Petala 5. fimbriata, unguibus longis. Scrotula unialata.
- TRIOPTERIS**..... Styli tres. Calyx 5-partitus, inferne glandulosus. Petala 5. Scrotula trialata.
- TETRAPTERIS**..... Styli tres. Calyx 5-partitus, inferne glandulosus. Petala 5. Capsulæ bivalves, monospermæ, tetrapteræ.
- MOLINA**..... Stylus 1. longus. Calyx 5-partitus, inferne uniglandulosus. Petala 5. fimbriata. Stamen decimum duplo longius. Scrotula alis quatuor.
- FLABELLARIA**..... Styli 3. Calyx 5-partitus, eglandulosus. Corolla.... Scrotula unialata, ala orbiculata magna emarginata.
- AVERRHOA**..... Styli 5. Calyx 5-phyllos. Petala 5. Stamina alterna breviora. Pomum ovatum, 5-loculare, loculis polyspermis.

\*\*\* *Dodecandra.*

- HALESTIA**..... Stylus 1. Calyx superus minimus, denticulis quatuor. Corolla monopetala campanulata, ore 4-lobo. Nux corticata, 4-locularis.
- STYRAX**..... Stylus 1. Calyx turbinatus 5-dentatus. Corolla monopetala infundibuliformis, limbo 5-7-partito. Drupa numerum osseam continens.

\*\*\*\* *Polyandra.*

- CIPONIMA**..... Stylus 1. Calyx turbinatus 5-partitus basi squamulis cinctus. Corolla monopetala tubulosa 5-partita. Nux corticata 5-locularis calyce coronata.
- GORDONIA**..... Stylus brevis. Stigmata lanceolata radiatim posita. Calyx duplex, exterior 4-phyllos: interior 5-phyllos. Petala 5. Capsula ovata 5-locularis, 5-valvis.

## [X]

- CAMELLIA..... Stylus 1. Stigmata 3. Calyx 5-7-phyllus. Petala 5. 7. Capsula ovato-conica trilocularis.
- STEWARTIA..... Stylus 1. Calyx 5-partitus. Petala 5. magna. Capsula 5-valvis, valvulis pyramidalibus crassis.
- MALACODENDRON. Styli 5. Calyx 5-6-partitus. Petala 5-6. lacero-fimbriata. Capsulae 5. coadunatae, bivalves.

## §. VI. Tubulosa.

\* *Triandra.*

- GALAXIA..... Stylus 1. Stigmata 3. Calyx: spatha univalvis uniflora. Corolla monopetala infundibuliformis, limbo 6-partito. Capsula oblonga trilocularis, trivalvis.
- FERRARIA..... Stylus 1. Stigmata tria bifida. Calyx: spathæ binæ. Petala sex alternis brevioribus. Capsula oblonga trilocularis, trivalvis.
- SISYRINCHIUM..... Stylus 1. Stigmata 3. Calyx communis: spatha diphyllo multiflora. Petala sex patentia. Capsula ovata trilocularis, trivalvis.

\* \* *Pentandra.*

- TICOREA..... Stylus longus. Stigma subrotundum. Calyx 5-dentatus. Petala 5. basi in tubum coalita, limbo patulo. Capsula 5-locularis.

\* \* \* *Octandra.*

- AYTONIA..... Stylus 1. Calyx 4-partitus. Corolla campanulato-patens. Petala 6. Capsula obtuse trigona, unilocularis, apice elastice dehiscens.

\* \* \* \* *Decandra.*

- SANDORICUM..... Stylus 1. Calyx 5-dentatus. Petala 5. patula. Drupa-sphaerica, foeta nucibus 5. bivalvibus, monospermis.
- TURRÆA..... Stylus 1. Stigma clavatum. Calyx 5-dentatus. Petala 5. linearia longissima. (Capsula subrotunda pentacocca. ex Lin.)
- MELIA..... Stylus 1. Stigma capitatum, valvulis 5. conniventibus. Calyx 5-partitus. Petala 5. linearia. Drupa ovata, cuius nux 5-locularis.

DISSERTATIO  
BOTANICA  
DE SIDA,  
ET DE QUIBUSDAM PLANTIS  
QUÆ CUM ILLA AFFINITATEM HABENT.

AUCTORE ANTONIO JOSEPHO CAVANILLES HISPANO-VALENTINO.



PARISIIS,

APUD FRANCISCUM AMB. DIDOT.

M. DCC. LXXXV.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIÆ SCIENTIARUM ACADEMIAE.

ОИ ГАДЫЕ СИ

---

# DISSERTATIO BOTANICA.

## DE SIDA,

*Et de quibusdam plantis, quae cum illa affinitatem  
habent.*

---

### INTRODUCTIO.

**N**IHI ad physicas disciplinas promovendas utilius, magisque necessarium quam accuratae observationes; quibus suffulta recta ratio primum experientiam tum scientiam comparat. Id præsertim in botanica usu venit. Numquam certe ad istam perfectionem deducta esset hujusmodi scientia; quin potius confusa etiamnrum & inordinata compages exsisteret, nisi recta ratio observationes & experientiam in auxilium vocasset. Hac via Cl. Tournefortius botanicam ornavit, immo creavit & evexit ad scientiae dignitatem. Linnaeus deinde Tournefortii inventis excitatus, ejusque erroribus cautior, methodum excogitavit à plantarum sexu mutuatam, quæ & singulare auctoris ingenium prodit, & scientiam solidissimis firmat fundamentis atque principiis, quibus studiosi tuto ac brevi tempore in illius abdita penetrare possint.

Dici non potest quantum his, & aliis bene multis nostri sæculi botanicis debeatur, sive inventa speciemus, sive methodos; ceterum & has perpoliri, novaque luce perfundi posse, & illorum numerum insigniter augeri, ultro fatebuntur quotquot botanicam vel à limine salutaverint. Siquidem vastissimum Floræ regnum est, novæque in dies plantæ deteguntur, tum peregrinantur solerti cura, tum etiam domi, quarum fructificatio & facies a cognitis discrepant. Quocirca necesse est in id incumbere totis viribus ut genera & species compleantur, ordinentur atque illustrentur.

Mihi vero de his interdum cogitanti venit in mentem ad eam classem conatus vertere, in qua filamenta sunt basi in unum corpus coalita (quæque hac de causa monadelphia nominatur) & primum ad Sidas. Videbam enim hocce genus multitudine specierum in dies augeri, nullumque jam limitem præfinitum, quin plures stirpes, fructu diversæ, ad ipsum referri possent; unde confusio, aut fastidium saltem oriaretur. Hac ergo de causa quotquot licuit species vivas (1) iterum iterumque examinavi; fructificationis partes omnes prolixè observans, similitudinem, proportionem, differentias qua potui sollertia detexi: herbaria dehinc lustravi selectissima D. D. de Jussieu & Thouin, quorum in me benevolentiam & humanitatem nec laudare satis potero, nec unquam obliviscar.

---

(1) Viginti-sex vidi.

Hæc omnia initio faciebam plantarum amore atque dulcedine ductus, in privatos dumtaxat usus: verumtamen tot ibi species novas atque pulcherrimas; tot observationes Josephi de Jussieu, Commersonis, Aubletii, aliorumque inveni nondum editas, ut operæ pretium facturum me existimaverim, si eas cum orbe litterario communicarem.

Dum autem nova quædam lectoribus offero, peto ab illis vicissim, ut si quid minus rectum, aut inconditum reperiant, condonare dignentur mihi prima vice in Flora campum prodeunti. Si enim à Linnae doctrina discedo in assignando fidis charactere, observationibus innixus & coactus feci ut claritati consulerem & veritati. Ille enim à calyce dumtaxat (1) monadelphæ genera petenda judicavit: ego vero quamquam calycem ceterasque fructificationis partes magni facio, à fructu potissimum dico characterem essentialiem, tam fidis, quam reliquis de quibus hic agam. Linnaeus 21 species vidit, plures ego quam octoginta: Quid ille fecisset, si has omnes oculis lustrasset, nescio; illud probe scio, tantum philosophum ægre tulisse, si, vel in ipsis obsequium, quæ veriora, aut probabiliora videntur, quisquam silentio premeret.

Sed videre mihi videor, dum hæc scribo, nonnullos, qui stomachari incipiunt, ubi primum audiunt quidquam, quod a Magistrorum dictis, vel minimum discedat. Scio equidem genera & species non pro lubro, sed certa, constantique ratione constituenda, ut studium utiliter, tute, ac breviter conficiatur. At nihil firmius, nihil certius erit unquam eo, quod stabiliatur natura ipsa dirigente, characteres non arbitrarios, sed naturales ab ipsa mutuando, utpote quæ constans semper est in operandi modo. Characteris nomine nihil aliud intelligo, quam notam illam singularem, aut notarum congeriem, quæ semper & uniformi modo reperiuntur in quarundam plantarum fructificatione; quæque basis sunt atque fundamentum generis. Neque enim existet umquam genus rite constructum, nisi accurata specierum omnium, si fieri potest, præcedat investigatio, ut character ipsi communis & constans eruatur. Illæ omnes, etiam si à se invicem distinguantur differentiis specificis, convenire tamen debent in quibusdam rebus, ut ad idem genus reducantur; aliter enim arbitraria, confusa, & inutilis esset nomenclatura & divisio.

Si qua observantur genera minus accurata, dicam melius impropria, id inde provenire arbitror, quod per paucas, certe non omnes species auctor viderit, quum ea constituit; quæ si hucusque cum plausu recepta sunt, nunc tamen tot inspectis speciebus, reformari debent. Scientiis omnibus suæ sunt, ut ita dicam, ætates, infantia, adolescentia, virilitas, perfectio; at non est præfinita temporis duratio, nec ad summum perfectionis fastigium illæ unquam pervenient, qui sunt humanæ cognitionis fines; verum eo perfectiores sint necesse est, quo plures accumulentur observationes, majorque fuerit nostrarum cognitionum acervus.

Botanicam quod attinet, permulta hodieque in desideratis esse, vel fidarum exemplo evincetur. Sane si numerus specierum quas nunc offero, cum illis conferatur, quas Clar. Linnaeus descripsit, invenietur quam proxime ut quatuor

(1) Nos genera ( monadelphæ ) distinguimus à calyce, qui magni momenti est, & limites absolutos ponit. Linn. *Genera plant. in observ. ad classem 16, editionis Francofurti ad Mænum, 1778.*

ad unum : si observationes nostræ cum hucusque editis; non nihil novi, ni fallor deprehendetur; staminum nempe situs, seminum numerus, pedunculorum genicula, proportio denique inter corollæ figuram & capsularum semina. Siderum characterem essentialē posui in capsularum & staminum situ, calycisque simplicitate; quum nihil aliud in illis constans repererim atque perpetuum. Plantas omnes sidæ similes, quæ tamen charactere isto destituuntur ad opusculi calcem rejici, diversis nominibus insignitas. Quod si quis novitate nominum offendatur, illud animadvertis, haud aliter potuisse me quæ nova credidi explicare. Alii post me de botanica benemeriti aptiora invenient, & accuratius hæc omnia explicabunt.

Opusculum autem nostrum in duas partes divisum est. Prima sidas complectitur, altera vero stirpes sidis affines, sed fructu ab eisdem differentes. Sidas omnes in tres divisi sectiones : harum prima illæ continentur, quarum fructus componit ex capsulis monospermis; secunda reliquæ, quarum fructus continet capsulas polyspermas; tertia denique omnes quarum capsularum aut seminum numerum non vidi. Has rursum divisi in pentagynæas & polygynæas, quas tandem separavi in plures sectiunculas pro foliorum varia figura & proportione. Fere omnes demum sic delineavi in tredecim tabulis ad calcem adjectis, ut facile quisque possit & novas species videre, & has à jam cognitis separare atque distingue. Veritati semper consulens, proportionem debitam observavi inter pedunculos & petiolos: stipulas, fructus, corollas, capsulas ad vivum qua potui diligentia depinxi, ita ut si meæ tabulæ non ceteras nitor superent, at nulli veritate cedant. Ad hæc, icones Dillenii, Rumphii, Plukenetii, Plumierii, Rhedii, aliorumque vidi, cum quibus meas plantas comparavi, ne aut nomina mutarem, quod vitium maximum esset, aut novas species sine causa multiplicarem. Singulis apposui descriptionem Linnæana methodo, cui præfixi synonima auctorum qui de illis tractarunt. In antecessum vero placuit, observationes biennio à me collectas præmittere. Quæ omnia num ad scientiæ profectum quidquam utilitatis afferant, sapientibus judicandum relinquo.

### O B S E R V A T I O N E S.

1. Sidæ omnes habent folia petiolata & alterna, quorum petioli utrimque stipulis ornantur (1): harum varia est figura & directio.
2. Tot stylos in sidis observavi quot capsulas: quare harum numerus stylorum (2) numerum indicabit, & vicissim.

(1) Sidam Palmatam excipo, quæ stipulis caret.

(2) Quamquam frequenter assignetur sidis stylus simplex & multifidus; ego tamen tot vidi diversos, quot capsulas in omnibus fere speciebus: duas tantum reperi *Spinosam* & *Palmatam*, quibus stylus fuerit simplex; & unam *Triquetam* scilicet, in qua stylorum fasciculus in unum corpus basi coalesceret, (tuncque capsularum numerus ejusdem styli divisionibus metitur). Cujus rei ut certior fierem plurimos legebam flores, quibus auferebam calycem, ut facilius interiora tentarem. Deinde corpus illud tubulosum, quod germen cingens in conum assurgit & terminatur staminibus, quoque in posterum *tubus* appellabitur, acu findebam ab infima parte usque ad apicem: tum caute ejusdem basim à placenta separabam, stylis supra germen remenantibus, quos enumerabam facillime: ac tandem germine horizontaliter secto, apparebant

3. Tubus , cui petala inhærent , terminatur staminibus , nec ulla reperiuntur filamenta in illius superficie conica. Hoc unum sufficeret ad separandas Sidas à Malvis , Malachris , Lavateris , Hibiscis &c. quorum tubus & terminatur staminibus , & plurima alia sustinet in extima superficie.

4. Petala quinque in sidis omnibus basi sunt angustiora , atque ampliori tubi parti firmiter adhærent , ut unum idemque corpus cum ipso efformare videantur. Quumque utraque decidunt fœcundato germe , unita perseverant , tuncque pars infima appetit quinquecrenata.

5. Quum sidarum fructus non ultra decem capsulas monospermis contineat , tunc corollæ petala ita sunt emarginata ut pars altera multo sit longior ac sèpissime acuta , altera vero & latior & brevior , ( à quo nonnihil differt Sida *Palmata* ); si vero plures quam decem capsulas monospermis contineat , aut capsulae sint polyspermæ , petala tunc temporis erunt integra , crenata , aut aliter emarginata ( 1 ).

6. Capsulae aut unicum dumtaxat semen continent aut tria : aliquando in polyspermis duo , unum etiam licet rarius vidi in una aut altera ejusdem fructus capsula.

7. Capsularum numerus fere semper impar , & numquam quinario minor : in monospermis ad decem extenditur , raro ad triginta ( 2 ) : In polyspermis variat à quinque usque ad 30 & amplius.

8. In monospermis fructus est calyce minor ab eoque continetur quum non ultra decem capsulas fovet : Contrarium evenit polyspermis ( quamvis in Sida *Umbellata* fructus sit paris cum calyce magnitudinis ), & monospermis etiam , quarum fructus ex triginta fere capsulis componitur.

9. In floribus pedunculo & prope calycem exstat annulus , in pluribus incrassatus , geniculi instar , in reliquis notatus obscuriori & circulari linea. Quumque flores casu aliquo ante fructus maturitatem decidunt , tunc annulus est separationis limes , remanente pedunculo usque ad ipsum annulum.

*In hujus opusculi cursu pedunculum geniculatum , aut annulatum dicam , ut diversitas notetur.*

10. Plantarum omnium , quæ sub sidæ nomine demonstrantur , fructus ad tres

capsulae cum seminibus. Quæ omnia nudis oculis observari poterunt , quamquam commodius microscopio.

Nemo est quem lateat , nisi plane hospes sit in botanica , naturam quandoque ludere , partes alias fructificationis multiplicando , aut minuendo : neque prætermittendum , sèpe sèpissimis abortiri germina , tumque capsularum numerum minui , pelliculis remanentibus , quæ progressu temporis evanescunt.

( 1 ) Fateor equidem hanc regulam non ita magno numero observationum inniti , ut pro generali & reciproca haberi possit inter corollæ strukturam & numerum capsularum atque feminum ; verumtamen id semper observavi ubicunque vivas plantas reperti , quod jam pridem innuerat Rumphius lib. 10 , cap. 32 , Amb. ubi de *silagurio longifolio* differit , & Dillenius in suo horto Elthamensi ubicunque de malvindis est sermo , qua nostræ sunt sidae , quorum fructus ex capsulis monospermis componitur , quæ numerum denarium non prætergrediuntur. Consulantur Commersonis manusc. sapientissimis conferta observationibus apud D. Ant. Lau. de Jussieu.

( 2 ) Tres dumtaxat agnosco , *Multifidam* scilicet , *Occidentalem* & *Spicatam* , in quibus fructus componitur ex triginta quamproxime capsulis monospermis ; idque notandum , corollam in eisdem ad eam figura accedere , quam in polyspermis observamus.

classes possunt quamoptime revocari. Aut enim componitur ex capsulis in orbem positis, quæ distinctæ, integræque conspiciuntur; aut in unica dumtaxat consistit capsula, suptus hemispherica, superioris plano-stellata, multiloculari, loculis monospermis; aut ex pluribus tandem constat capsulis, vel potius seminibus tunicatis in capitulum convexum conglomeratis.

Hac fructuum diversitas me coegerit ut tria genera ex his omnibus efformarem. Neque indulgerem sententiae meæ, nisi prius ipse Linnæus exemplum dedisset, Malvas à Malopis separando, quod illis sint arilli verticillati, his vero conglomerauti. Plurimum etiam apud me valuit Equitis de Lamarck sententia in suo opere encyclopedico, in quo elaborando quantum solertiæ, criterii, ac laboris improbi impendat, norunt omnes, sed hi præfertim, qui ejus humanitate atque familiaritate fruuntur: ibi enim pro Sidarum charactere inter alia statuit plurium capsularum numerum in orbem dispositarum. Facies ulterius plantarum, annulorum defectus in plurimis, calycum figura, maximus denique sidarum numerus, poscebant ut ad diversa genera revocarentur. Tanto ergo & rationum & auctorum pondere hæc audeo, atque characteres inter alia ita dispono ut *Sida* character sit *Capsula quinque aut plures in orbem posita*: Anodæ (1) *Capsula unica subtus hemispherica, superioris plano-stellata, multilocularis, loculis monospermis*: Palauæ (2) *semina tunicata in capitulum conglomerata*.

Si quid novisti rectius istis,  
Candidus imperti; si non, his utere mecum. HOR.

(1) ANODÆ nomen datum fuit olim plantæ cuidam fidæ affini, teste Joan. Burman. in Thesaur. Ceylanic. hac ergo de causa illud assumo, ut novum genus nominem plantarum quas appellavit Cl. Linnæus Sidam hastatam & cristatam.

(2) In honorem D. Antonii Palau & Verdera professoris botanici in Regio horto Matritensi, qui Philosophiam botanicam Linnaei in hispanum sermonem & translulit & ornavit, nunc autem genera & species persequitur; cuius magni operis prodit jam primum volumen, cui accedunt genera & species nuperime repertæ, tum etiam & plantarum accurata descriptio & usus fiveconomicus sive officinalis.



---

## P A R S P R I O R.

### S I D A S C O M P L E C T E N S.

---

CHARACTER COMMUNIS, SIDÆ, ANODÆ, PALAUÆ.

Calyx monophyllus, simplex, semiquinquefidus, perfistens.  
Petala quinque, basi connata, & imo staminum tubo inserta, sensim latiora.  
Stamina, filamenta plurima basi in tubum connata seu monadelpha, apice  
libera, ibique dumtaxat non in tubi superficie exsistentia. Antheræ totidem,  
distinctæ, subrotundæ.  
Germen orbiculatum: Styli plures, aut unicus multifidus: Stigmata capitata.  
Capsulæ tot quot styli aut stigmata, uniloculares: aut capsula unica multilocularis. Semina definita; quorum figura varia, ut plurimum subrotundo-acuta.  
Caulis herbaceus aut frutescens, ramis alternis: folia alterna, petiolata, stipulacea.

#### SIDÆ CHARACTER PROPRIUS.

Calyx fæpissime angulatus: germen striatum: styli plures, nonnumquam  
unicus multifidus: Capsulæ plures quam quatuor in orbem dispositæ, uniloculares, mono aut trispermæ, dehiscendo fæpius birostratae.

Sidæ omnes sunt exoticæ, unica *Abutilo* excepta: Sunt ut plurimum annuae;  
delectantur in regionibus calidioribus Americæ, Africæ atque Indiae orientalis;  
pereunt prima glacie; florentque mensibus Septembri & Octobri in nostris hortis.  
Corollæ earum sunt flavescentes aut sulfureæ magis aut minus saturatae; si sidæ  
*Reflexa* & *Terminalis* excipientur, quibus sunt saturatae coccineæ, aut purpuraf-  
centes; rubescunt vero in Sida *Flavescenti* & in *Capillari*.

---

## S E C T I O P R I M A.

### C A P S U L Æ M O N O S P E R M Æ.

#### §. I. Capsulæ quinque.

A. Foliorum longitudo latitudini æqualis, aut ipsa major, non tamen dupla.

1. SIDA PUSILLA. (Tab. 1, f. 4).

S. caule fruticoso reclinato minimo: foliis ellipticis dentatis glabris.  
Caulis lignosus, pilis minimis stellatis vestitus, teres, vix tripolicaris.

Folia rotundato-eliptica, dentata, glabra. Stipulae subulato-capilares, erectæ; parvæ.

Flores axillares, solitarii, pedunculati; pedunculis erectis, petiolo longioribus. Calyx basi acutus, semiquinque fidus, laciniis lanceolatis.

Carolla flava.

Fructus intra calycem : capsulis muticis.

*Habitat in Insula Mahe : observata à D. Commerson. Vidi siccum apud DD. de Jussieu & Thouin, qui mihi humanissime exemplar communicarunt.*

*Obs. Variat quandoquoque foliis acutis, omnino similibus althææ pusilla supina Pluk. Alm. 14, t. 132, fig. 4, que est melochia supina Linnæi.*

2. *SIDA PLUMOSA*. (Tab. XII, f. 4).

S. foliis ovatis dentatis retusis : floribus terminalibus glomeratis ; foliolis longis linearibus longe ciliatis, cancellatis.

Caules plures ex eadem radice ramosi, semipedales, pilis adpressis vestiti.

Folia petiolata, ovata, supra dentata, retusa, subvillosa. Stipulae capilares erectæ.

Flores in summitate caulis & ramorum (10-12) glomerati, cincti corona foliorum, quæ sensim sunt angustiora, & interiora ita ciliata ut plumullas referant, flores obvallantia. Flocculi breviter pedunculati.

Calyx monophyllus, semiquinque-fidus, laciniis lanceolatis, ciliatis.

Corolla lutea.

Fructus intra calycem : capsulis muticis subrotundis.

*Habitat in Brasilia : observata à D. Commerson. V. S. (1) communicatam à D. Thouin.*

3. *SIDA VERONICÆ FOLIA*. Lamarck. (Tab. I, f. 3).

S. caule hirto : foliis cordatis acutis inæqualiter dentatis : pedunculis longissimis suberectis pilosis.

Abutilon à feuilles de véronique. Encyc. n° 11.

Althæa minima surrecta, veronicæ villosis foliis è Maderaspatan. Pluk. t. 132, f. 3.

Caulis erectus, pilis hispidus.

Foliorum petioli sexties pedunculis breviores. Stipulae patentes, subulatae.

Flores solitarii, pedunculis geniculatis.

Calyx ut in Sida pusilla.

Corolla albescens.

Fructus intra calycem : capsulis bifostratis.

*Habitat in India Orientali. V. S. apud Equit. de Lamarck.*

4. *SIDA REPENS*. Dombey. (Tab. I, f. 2).

S. Caule filiformi longo prostrato : foliis cordatis crenatis utrimque hispidis : pedunculis unifloris.

(1) Quum plantam vidi vivam, his litteris V. V. designo ; quum vero siccum, sequentiis V. S.

Caulis hirsutus, ramosus, teres, prostratus, nec radicans.

Folia longe petiolata, acuta, nonnihil aspera. Stipulae subulatae, patulæ.

Flores axillares, solitarii: pedunculis filiformibus, erectis, annulatis, unifloris.

Calyx pentagonus, semiquinquefidus; laciniis ciliatis.

Corolla lutea, ungue lineis purpureis notata.

Fructus intra calycem: capsulis muticis, & birostratis.

*Habitat in Peru, & presertim in umbrosis Lime: ibi observavit hanc speciem D. Josephus de Jussieu; hic D. Dombey. Floret mense Junio.*

*Plante a dictis botanicis observatae nonnihil differunt. Dombeya capsules habet birostratas, non item altera: hec calycis lacinias habet ciliatas, quod non convenit prima. An specie differant? dicant qui utrasque viderint.*

### 5. SIDA HEDERÆFOLIA. (Tab. IX, f. 3).

S. caule nodoso radicante: foliis cordatis obtuse crenatis subhirsutis; capsularum corniculis erectis longis hamatis.

Malva hederæ terrestris folio & facie, capsulis bifurcatis. *Plum. spec. pag. 2, manusc. lib. 2, t. 143.*

S. foliis cordatis obtusis, caule repente, pedunculis unifloris capsulis aristatis.

*Plum. apud Joan. Burm. t. 169, f. 3.*

Caulis tenuis, repens, ramosus, nodosus; ad nodos tenuissimis fibris radicans.

Folia longe petiolata, subrotundo-cordata, crenata, brevissimis pilis hirsuta. Stipulae....

Flores axillares, solitarii: pedunculis unifloris, petiolo quandoque longioribus. Calyx quinquefidus; laciniis lanceolatis.

Corolla lutea.

Fructus calyce minor, acuminatus: capsulis bisulcis, birostratis: corniculis erectis, longis, hamatis.

*Habitat in Insula S. Dominici. Floret mense Oct. Vidi in manusc. Plum. quorum accuratam translationem posidet D. de Jussieu.*

### 6. SIDA RADICANS.

S. caule repente, surculis radicantibus: foliis cordato-acutis pilosis dentatis; dentibus in setam terminatis.

*Nela-Vaga Rheed. hort. Mal. t. 10, p. 137, fig. 79.*

Caulis repens, pilis albicans, surculis rotundis circumquaque diffusis, radiculis affixis.

Folia cordata, mollia, pilosa, dentata: dentibus magnis in setam terminatis.

Stipulae....

Flores parvi, solitarii; pedunculis petiolo longioribus.

Calyx quinquecuspidatus.

Corolla venis candidis notata.

Germen subrotundum; tubus terminatus staminibus croceis.

Capsulae subrotundæ, muticæ.

*Nullibi hanc speciem vidi præterquam in horto Malab. Rheed. atque sedis annumerio quia calyx in ea simplex, stamina in summitate tubi, & capsulae in orbem*

*orbem reperiuntur. Facies ulterius totius plantæ fidarum est. Nihil auctor de flori-  
pulis dixit, neque Plumierius in precedenti.*

7. *SIDA MORIFOLIA.* ( Tab. I , fig. 1 ).

S. Foliis subrotundo-acutis cordatis lato-crenatis : crenulis acuminatis : pedun-  
culis annulatis petiolo paulo majoribus : calycibus pilosis.

Althæa morifolia Indiæ Orientalis ad foliorum finus capitulis singularibus  
parvis. *Pluk. Alm. 25 Phyt. t. 132 , f. 5.*

Caulis , teres , ramosus , tenuis , bipedalis.

Folia pilosa. Stipula setacea , breves , patentes.

Flores axillares , solitarii : pedunculis erectis.

Calyx pilosus : laciniis acutis.

Corolla lutea.

Fruktus globosus intra calycem : capsulis parce birostratis.

*Habitat in Insula Francie. Observata à D. Commerson. V. S. communicatam à  
D. Thouin.*

*Varietas exstat apud D. de Jussieu, quinque folia sunt magis rotunda, crenæque maiores.*

8. *SIDA BOURBONICA.* ( Tab. X , f. 2 ).

S. Caule erecto ramoso hirto : foliis cordatis subrotundo acutis dentatis : flori-  
bus solitariis axillaris ; pedunculis petiolo paulo longioribus.

Caulis hirtus , ramosus , bipedalis.

Folia petiolata , cordata , dentata , acuminata. Stipulae . . .

Flores solitarii , axillares , pedunculati , pedunculis petiolo longioribus.

Calyx semiquinque-fidus , denticulis acutis , basi æqualibus.

Corolla lutea , petalis emarginatis , ungue angustissima.

Fruktus intra calycem , ipsoque minor : capsulis quinque , rostratis.

*Habitat in Insula Bourbon. Observata à D. Commerson, qui & iconem dedit &  
descriptionem. Vidi delineatam apud D. de Jussieu.*

9. *SIDA CALYGINA.* ( T. VIII , f. 2 ).

S. Foliis cordatis crenatis : calyce magno quinque-partito : corollis magnis paten-  
tibus.

Caulis ut in precedenti.

Folia inæqualiter crenata ; petiolis folio minoribus. Stipulae setacea , arcuato-erecta.

Flores axillares solitarii : pedunculis geniculatis , petiolo duplo majoribus.

Calyx magnus : laciniis acutis profundius fissis quam in congeneribus.

Corolla magna , lutea , patens.

Fruktus intra calycem. Capsulis piriformibus , muticis.

*Habitat in Insula Bourbon. Observata à D. Commerson. Vidi S. communicatam à  
D. Thouin.*

10. *SIDA PILOSA.* ( Tab. I , f. 8 ).

S. Caule piloso ramoso : foliis crenatis , inferioribus cordatis subrotundis par-  
vis , reliquis cordato-ovatis : pedunculis longis geniculatis pilosis.

Tota plantula pilis est numerosis hirta.

Caulis tenuis , ramosus , bipedalis.

Folia ut ruperrimè dixi. Stipulæ subulatae, parvæ, patentes.

Flores axillares, solitarii, ad latus ramuli.

Calyx parvus, globofo-pentagonus : laciniis apice acutis.

Corolla lutea.

Fructus intra calycem : capsulis birostratis.

*Habitat in Insula S. Domin. Observata à D. Desportes. V. S. communicatam à D. de Jussieu.*

*Exstant & alia exemplaria in herbario missò à D. Mazure ex Insula S. Dom. quod afferatur apud D. de Jussieu, quæ glabra apparent : omnia tamen ad eamdem speciem arbitror referenda.*

11. *SIDA CAPILLARIS.* ( Tab. I , f. 7 ).

S. foliis cordato - oblongis tomentosis : pedunculis longissimis capillaribus : colloris minimis maculatis subreflexis.

An Sida atrosanguinea foliis cordatis, acutis ferratis utrimque villosis, pedunculis unifloris solitariis capillaribus caule fruticoso? *Jacq. in litt. miss. V. 3 Icon. rar. apud D. Murray n° 15, pag. 622, edit. 1784.*

Caulis fruticosus, tomentosus, bipedalis & ultra.

Folia superiora vix petiolata. Stipulae setaceæ, erectæ.

Flores axillares, solitarii : pedunculis geniculatis..

Calyx globosus, parvus.

Corolla petala quinque, saturatè lutea, parte infima nigricantia, reflexa.  
*Commers.*

Tubi pars superior villosa, longa, gracilis, staminibus terminata : Styli quinque rubri : stigmata capitata, villosa.

Fructus intra calycem : capsulis parce birostratis.

*Habitat in Brasilia, observata à D. Commerson.*

*Hanc pulcherrimam plantam debo amicitiae D. Thouin, apud quem existant alia exemplaria & apud D. de Jussieu. V. S.*

12. *SIDA MULTICAULIS.* ( Tab. I , f. 6 ).

S. caulinibus tenuibus tomento canescensibus : foliis subrotundo-cordatis densatis pulverulentis villosis.

Ex eadem radice plures caules prodeunt graciles, ramosi, bipedales.

Folia ut supra. Stipulae capillares, breves, patentes.

Flores axillares, solitarii ad ramulorum latus ; pedunculis petiolo longioribus, geniculatis, à geniculo nutantes.

Calyx pentagonus, parvus.

Corolla lutescens.

Fructus calyce multò minor : capsulis parvis, muticis.

*Habitat in Malabar. V. S. communicatam à D. de Jussieu.*

13. *SIDA JAVENSIS.* ( Tab. I , f. 5 ).

S. caule reclinato subglabro : foliis cordatis acutis sublobato-crenatis.

Ex eadem radice caules ramosi prodeunt pedales.

Folia distantia, cordata, crenata, acuminata, æqualis longitudinis ac latitudinis,

Subglabra. Stipulae capillares, minimae, arcuato-erectae.  
Flores axillares, solitarii, pedunculis geniculatis, petiolo majoribus.

Calyx ut in S. pusilla.

Fruuctus subglobosus intra calycem : capsulis birostratis.

*Habitat in Java : observata à D. Commerf. communicata à D. Thouin. V. S.*

14. *SIDA TRILOBA*. (Tab. I, f. 11).

S. foliis inferioribus cordato crenatis; superioribus dentatis trilobatis, medio lanceolato.

An S. Ternata, foliis ternatis, foliolis ferratis, *Lin. fil. in suplem. pag. 307 Encyclop. num. 32?*

Caulis teres, ramosus, villosus bipedalis.

Folia subvillosa. Stipulae, parvae lanceolatae, ciliatae, erecto-patulae.

Flores solitarii, axillares : pedunculis longissimis, erectis, geniculatis, à geniculo deflexis.

Calyx angulato-pyramidalis, laciniis in acumen desinentibus.

Corolla lutea.

Capsulae non existebant in unico exemplari, quod afferatur apud D. de Jussieu, at ex calycis inspectione & capacitate ad hanc primam divisionem refero.

*Habitat ad Caput Bonæ Spei, unde eam adsportavit D. Sonnerat.*

Obs. Cl. Lin. in Philosophia Botanica, pag. 230, figuris 64 & 65, folium ternatum duplice explicat: aliud, cuius folia basi sunt unita, & aliud, cuius quodlibet proprium habet petiolum, affixum communi. Si ergo filius Linnæi hanc plantam nominavit S. ternatam, primam assumpit definitionem non vero secundam.

15. *SIDA PYRAMIDATA*. *Desportes* (Tab. I, f. 10).

S. foliis cordatis subrotundis magnis dentatis: panicula terminali, flosculis numerosis.

Abulton palustre, spica florum pyramidata, flore parvo exalbido. *Desportes herbarium.*

Caulis teres, erectus, bipedalis.

Folia longe petiolata. Stipulae subulatae, erectae, breves.

Flores paniculati, terminales, ramulis foliosis, flosculis pedunculatis.

Calyx globo-pentagonus, parvus.

Corolla flavescens, parva, patens.

Fruuctus intra calycem : capsulis bidentatis.

*Habitat in Insula S. Domin. ubi observavit hanc speciem D. Desportes. V. S. apud D. de Jussieu.*

16. *SIDA SPINOSA*. *Lin.* (Tab. I, f. 9).

S. foliis cordato-oblongis ferratis: stipulis setaceis: axillis subspinosis. *Lin. Spec. Plant. n° 1.*

S. foliis cordato-ovatis ferratis: capsulis quinis bicuspiddatis. *Hort. Cliff. 346.*

Alcea carpinifolio, americana frutescens, flosculis luteis, semine dupli rostro.

*Comm. hort.* 1, p. 3. t. 2.

*Althaea carpinifolio flosculis luteis. Bocc. sic. 11, t. 2.*

*Althaea virginiana bidens, pimpinellæ majoris acutiore folio, flosculis minimis luteis. Pluk. Alm. 25, t. 9, fig. 6.*

*Alcea utriusque Indiæ, carpinifolio, semine dupli arista donato. Boher. Lugd. I, pag. 275.*

*Malva ulmifolia, semine cum dupli rostro, Tournef. Inst. 96.*

*Abutilon épineux, Encyc. n° 2.*

*Caulis teres, atro-rubescens, ramosus, pedalis.*

*Folia, cordato-oblonga, atro-virentia, petiolo subtus ad basim trium spinularum rudimentis instructo. Stipulae setaceæ, erectæ.*

*Flores axillares: pedunculis petiolo multo minoribus, erectis, unifloris, annulatis.*

*Calyx angulato-pyramidalis, laciniis planis, acutis.*

*Corolla lutescens ex petalis quinque patentibus, calyce majoribus, petalorum altera extremitate acutiore, longiore.*

*Stamina in extremitate tubi: antheræ subrotundæ.*

*Germen orbiculatum, quinque-sulcatum: stylus simplex quinque-fidus. Stigmata capitata.*

*Fructus intra calycem: capsulis birostratis.*

*V. V. in Reg. hort. Par. Flor. et mensibus Aug. Sept. Oct.*

*Habitat in utraque India, in Senegal. ⊖*

#### 17. SIDA FRUSTESCENS. (Tab. X, f. 1).

*S. foliis ovato-oblongis ferratis subtus albicantibus: pedunculis erectis unifloris folio duplo minoribus.*

*Caulis fruticosus, teres, erectus, ramosus, 4-pedalis.*

*Folia subcordata, ovata, numerosa, parce petiolata, glabra, ferraturis minimis. Stipulae capillares, erectæ.*

*Flores axillares, pedunculis solitariis, geniculatis, petiolo duplo majoribus.*

*Calyx & corolla ut in præcedenti, at parum aperta.*

*Styli quinque: reliqua ut in præcedenti.*

*Habitat . . . . V. V. in R. h. P. florentem in hibernaculo mense Decemb. 1783. 47*

*Hæc planta diversa est à Sidis frutescentibus Comm. & Dombey, de quibus sermo erit ubi de *Sida Rhombifolia*, à quibus omnibus differt & numero capsularum & pedunculorum brevitate, tum etiam foliorum multitudine.*

#### 18. SIDA ALNIFOLIA. Lin. (Tab. I, f. 13).

*S. foliis ferratis subvillosis, inferioribus rotundatis cordatis, mediis ellipticis, superioribus lanceolatis.*

*Malvina stellata alnifolia. Dill. elth. p. 215, t. 172, f. 211.*

*S. foliis orbiculatis ferratis plicatis. Lin. Spec. plan. n. 4.*

*Abutilon à feuilles d'aulne Encyclop. n° 5.*

*Caulis teres, ramosus, pedalis.*

*Folia petiolis majora. Stipulae subulatae, erectæ subciliatae.*

*Calyx & corolla ut in Spinosa.*

*Fructus intra calycem: capsulis birostratis.*

*Habitat in Insula Francie, observata à D. Comm. V. S. communicatam à D. Thouin.*

*Dillenius sex aut septem capsulas numeravit : ego non nisi quinque vidi.*

19. *SIDA VERTICILLATA.* (Tab. I, f. 12).

S. caule piloso : foliis cordatis acuminatis, crenatis floribus subverticillatis sessilibus.

Caulis teres, pilosus, erectus.

Folia distantia, petiolis duplo longiora. Stipulae brevissimae, capillares, patulae. Flores axillares, sessiles, plures ut verticillati videantur.

Calycis laciniae pilosae, acutae : capsulis submuticis.

*Habitat circa Rio Janeiro ; observata à D. Comm. V. S. apud D. de Jussieu.*

20. *SIDA BIVALVIS.* (Tab. XI, f. 3).

S. Foliis cordatis orbiculato-acuminatis tomentosis : floribus subsessilibus fructu pentagono depresso glabro patentibus.

Tota planta tomentosa.

Caulis teres, bipedalis.

Folia petiolata, petiolis sensim brevioribus, crenata. Stipulae subulatae, villosae, patentibus.

Flores solitarii, breviter pedunculati.

Calyx subquinquepartitus, laciinis longis, acutissimis, fructu maturo patulis.

Cofolla lutea, patens.

Fructus calyce multo minor, patens, pentagonus, angulis obtusis : capsulis ad latus leviter bidentatis.

*Habitat in Insula S. Dom. ab Aubletio observata. V. S. apud DD. de Jussieu & Thouin, qui mihi exemplaria communicarunt.*

Obs. Hujus speciei capsulae, quum dehiscunt, in duas valvulas hemisphericas separantur ; ita tamen ut harum quilibet unita persistat alterius proxima hemispherio : quod nisi attente examinetur fractus integer pro capsula simplici quinqueloculari sumi falso poterit, quod & mihi primo intuenti accidit.

21. *SIDA PROSTRATA.* (Tab. XIII, f. 3).

S. Caule prostrato : foliis cordatis latis crenatis tomentosis flavescensibus ; floribus flavis geminis : capsulis muticis.

Planta prostrata caulibus duris, & quasi lignosis, flores flaviant. In Commer- sonis animadversionibus, que affervantur in herbario D. Thouin.

Caulis fruticosus, teres, pedalis.

Folia cordata, crenata. Stipulae subulatae, erectae.

Flores duo, aliquando tres in eadem axilla, pedunculis parvis, geniculatis.

Calyx globo-pentagonus, subinflatus, angulis adpressis, profunde quinquefidus ; laciinis ovatis, venosis.

Corolla calyce paulo longior.

Fructus intra calycem, capsulis subrotundis, apice acutis.

*Habitat in rupibus Montevideo. Observata à D. Commerson. V. S. Communicata à D. de Jussieu.*

## B. FOLIORUM LONGITUDO LATITUDINE DUPLA AUT ETIAM MAJOR.

## 22. SIDA FLAVESCENS. ( Tab. XIII , f. 2 ).

S. caule erecto : foliis cordatis oblongis crenatis tomentosis flavescentibus : floribus rubescientibus geminis.

Planta perennis suffruticosa ; caules erectissimi ; calyx simplex : flores rubelli ; folia cordato-ovata , tomentosa ; tota planta flavescit. *Commerçon ubi supra.*

Caulis fruticosus , erectus , pedalis.

Folia cordata , oblonga , crenata.

Reliqua ut in praecedenti.

Obs. Sex capsulas semel vidi.

*Habitat in rupibus Montevideo : observata à D. Commers. communicata à D. Thouin.*

23. SIDA LINIFOLIA. *Jussieu.* ( Tab. II , f. 1 ).

S. Foliis linearibus hirsutis integerimis : floribus corimboso spicatis ; spicis terminalibus.

Malva hirsuta gramineo folio. *Barrer. Franc. Aequin. p. 72 apud Aublet. Guay. pag. 704.*

Malva linaria folio , flore albo. *Joseph. de Jussieu herb.*

Caulis teres , hirsutus , fruticosus , ramosus , bipedalis.

Folia breviter petiolata. Stipulae subulatae , erectae.

Flosculi pedunculati ; pedunculis geniculatis.

Calyx angulatus ; laciniis lanceolatis.

Corolla alba.

Fructus intra calycem : capsulis submuticis.

*Habitat in Insula Caiena & in Peru , ubi eam observavit D. Jos. de Jussieu. V. S. communicatam à D. Ant. L. de Jussieu.*

Obs. In diō herbario afferatur exemplar cuiusdam plantae , ad formam gramineam accendentis. Caulis in ea est simplicissimus , gracilis , tripedalis & ultra , spica florum terminatus ut in nostra Linifolia. In reliquis omnino cum hac convenit , quare ad eamdem speciem ut varietatem refero.

24. SIDA ANGUSTIFOLIA. *Jussieu.* ( Tab. II , f. 2 ).

S. Foliis angustis oblongis ferratis ; axillis subspinosis : trium spinularum media majore.

Abutilon à feuilles étroites. *Encyc. n° 5.*

Caulis erectus , subtomentosus , ramosus , frutescens , tripedalis.

Folia breviter petiolata ; sub petiolo tria spinularum rudimenta. Stipulae erectae , capillares.

Flores axillares , solitarii , pedunculati : pedunculis annulatis , petiolo brevioribus.

Calyx & corolla ut in S. Spinosa.

Stamina , filamenta 16 in extremitate tubi : antherae parvae , subrotundae.

Germen orbiculatum , quinque-sulcatum : styli quinque , purpurei , vix basi coaliiti : stigmata globosa.

Fru<sup>c</sup>ctus intra calycem : capsulis birostratis : feminibus subtriquetris.

Habitat in Brasilia, & in Insula Bourbon, ubi eam observavit indefessus peregrinator Commer. qui & iconem misit, quæ asservatur apud D. Jussieu. V. V. in Regio hort. Paris. Floret mensibus Septem. Oct. &c.

25. SIDA ACUTA. Nicol. Burman. ( Tab. II, f. 3 ).

S. foliis anguste lanceolatis dentatis inferne integris : floribus subfessilibus solitariis.

S. Foliosis lanceolatis ferratis stipulis setaceis : floribus axillaribus solitariis. Burm.  
*Flora indica*, p. 147.

Althaea Coromandeliana angustis prælongis foliis, semine bicorni. Pluk. Mant.  
pag. 10, Tab. 334, fig. 2.

Silagurium longifolium. Rumph. Amb. lib. 10 cap. 32, Tab. 18, fig. 2.

An Tsjeru-parua Rheed. Hort. Mal. t. 10, fig. 53, p. 105.

Caulis teres, ramosus, in Amboin. quatuor aut sex pedum altitudinis, cuius radix longissima, exstirpatu difficultis.

Folia breviter petiolata ; axilla inermes. Stipulae lanceolatae, petiolo longiores.

Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in Java ; observavata à D. Commer. V. S. communicatam à D. Thouin.

Obs. D. Nicolaus Laurent. Burman stipulas setaceas huic plantæ concedit, in nostris exemplaribus & in Plukennetio longas habemus & lanceolatas.

Rumphii figura ad hanc speciem accedit ; at folia video fere opposita, quod nusquam in fidis observavi. Notatu tamen dignum est, quod in ejus descriptione legitur de corolle figura ; ait enim : flosculus coloris pallide lutei ex quinque constans petalis superius parum bifidis, unaque dimidia pars angustior est altera : quod quintam nostram observationem confirmat. Sex capsulas item quandoque reperit Rumphius, quod & mihi quoque accidit.

Rheedii figura magis distat ab hac nostra specie, & folia habet sessilia, quod delinquentoris vitio fortasse tribuendum.

26. SIDA ULMIFOLIA. ( Tab. II, f. 4 ).

S. Foliis crenatis cordatis oblongis, acumine produc<sup>t</sup>o : capsularum rostris longis hamatis.

Caulis teres, ramosus, bipedalis.

Folia petiolata, petiolis duplo longiora. Stipulae subulatae, erectæ.

Flores axillares, solitarii ; pedunculis geniculatis, petiolo vix longioribus.

Calyx fusiformi-pentagonus.

Fru<sup>c</sup>ctus intra calycem : capsularum rostris exertis, longis, hamatis.

Habitat in Insula S. Dom. V. S. communicatam a D. Thouin.

27. SIDAURENS Linnæi. ( Tab. II, f. 7 ).

S. Foliis cordatis acuminatis ferratis hispidis : pedunculis multifloris axillaribus & terminalibus.

S. Foliis cordatis ferratis hispidis, pedunculis multifloris glomeratis. Lin. Spec. plant. n° 14. Confer Amenitatis Academicus ejusdem t. 5, p. 402, n° 66.

Urtica foliis cordatis ferratis ; floribus capitatis ; pedunculis communibus alari- bus. Brown. Jamai. 280, n° 6..

Caulis teres, bipedalis.

Folia longe petiolata. Stipulae setaceæ, patentes.

Flores axillares : flosculus alter solitarius in pedunculo geniculato, petiolo multoties breviori : ex eadem axilla pedunculus alter multiflorus.

Calyx pentagonus, laciniis pilosis, apice subaristatis. Corollam non vidi.

Fructus intra calycem : capsulis breviter birostratis.

Habitat in Jamaica & in Senegal. Observata hic à D. Adanson. V. S. communica tam à D. Thouin.

Tota planta hispida an urens ? affirmare nec audeo nec possum, quoniam siccavidi.

Observ. Liceat nunc mihi ab Equitis de Lamarck sententia recedere ; hic enim dum Sidam Urentem Linnæi describit in Encyclopædia n° 17 sic ait : Arbrifœau dont la tige est haute de trois à quatre pieds ... Ses feuilles sont grandes, échancrees en cœur à leur base, à cinq angles divergens, bordées de grandes crenelures &c. Hunc fruticem, quem vivum vidi in R. H. P. nec unquam florentem, non audo ad Sidam referre ; ejus folia sunt palmata, & hac foliorum quinque angularium figura adeo notatu digna mihi videtur, ut silentium Linnæi novum suppeditet argumentum, quo mea firmetur opinio.

28. SIDA GLUTINOSA. Commersonis (Tab. II, f. 8).

S. Caule tomentoso-glutinofo : foliis magnis cordatis oblongis acuminatis subtus tomentosis ; superioribus parvis : pedunculis capillaribus longissimis.

Caulis teres, tomentosa-glutinosus, ramosus, panicula numerosa terminatus, bipedalis & ultra.

Folia distantia, longe petiolata. Stipulae setaceæ, parvæ, patentes.

Flosculi gemini, & terni pedunculati ; pedunculis geniculatis, longis, erectis. Calyx globofo-angulatus ; laciniis apice acutissimis.

Fructus intra calycem : capsulis birostratis.

Habitat in Insulis S. Dom. & Francie. Hic eam observavit Commerson. V. S. communic. à D. Thouin, & aliud exemplar americanum à D. de Jussieu.

An ad hanc speciem revocari debeat Sida racemosa N. L. Burmani ? Videas ejusdem synonimum & descriptionem excerptam ex sua Flora indica.

S. foliis crenatis villosis cordatis : racemis axillaribus multifloris.

Caules teretes, villosi ; folia alterna, magna, cordata, crenata, acuminata, è cinereo tomentosa, petiolis longissimis : pedunculi axillares, erectiusculi, subdichotomi, ramulis divaricatis : flores terminales, plures, minores, lutei.

29. SIDA PANICULATA. Linnæi. (Tab. XII, f. 5).

S. foliis cordato-oblongis acuminatis ferratis subtus tomentosis : pedunculis, capillaribus longissimis. Spec. pl. n° 12. Amœnit. acad. 5, p. 401.

S. Humilior ramosa teres, foliis cordatis, ferrato-crenatis, pedunculo simplici unifloro, altero biflоро, foliato. Brown. Jamai. 280.

Abutilon paniculé. Encyc. n° 13.

Caulis simplex, tenuis, teres, pubescens, bipedalis, supernè parum ramosus, paniculatusque.

Foliacordata, oblonga, sensim acuminata, inæqualiter ferrata, trinervia, subtus tomentosa,

tomentosa, et venosa; petioli brevissimi tomentosi. Stipulae subulatae, petiolis longiores.

Pedunculi capillares, foliis multoties longiores, recti, communiter bini, altero simplici unifloro, altero longiore ramoso, aliquot floribus; geniculum pedunculi spatio à calyce remoto.

Calyx semiquinquefidus.

Corolla lutea.

Stamina plura, pistilla quinque.

Fruktus globoso-acuminatus, calycis magnitudinis; capsulis muticis, altera parte acutis.

*Habitat in Jamaicā & in Peru. V. S. apud D. de Jussieu in herbario Peruyiano D. Dombe.*

30. *SIDA VISCOsa. Linnæi.*

S. foliis cordatis crenatis tomentosis: floribus subsolitariis: capsulis septemlocularibus rotundis depresso. *Lin. spec. plan. n°. 3.*

S. viscosa vel villosa foliis cordatis acuminatis, petiolis longis, pedunculis tenuibus solitariis. *Brown Jamai. 280.*

Althaea populi folio villoso leviter ferrato. *Sloan. Jamai. 98 hist. 1, p. 222, t. 139, f. 4.*

Caulis, pedunculi, ac petioli pilosi ac tomentosi.

Folia profundè cordata, crenata, utrimque tomentosa, rarissimè utrimque angulata.

Petioli longitudine foliorum. Stipulae lineares, longiusculæ patentes.

Pedunculi simplices, uniflori, longitudine ferè foliorum, versùs flores geniculati, solitarii, rarissimè bini.

Calyx capsulis brevior!

Capula subrotunda depressa, obtuse quinque-gona, quinque locularis, levifimè tomentosa: semina solitaria.

*Habitat in Jamaicā.*

*Ex hac descriptione, quam defunxi ex amoenitatibus Linn. t. 5, pag. 402, & amplius adhuc ex Sloan. icon. ad quam suam speciem refert, manifestè constat, diversam esse hanc plantam a Commersonis Glutinosa.*

*Obs. in Amœnit. capsulas, ( fructum intelligamus ) quinqueloculares dixit Linneus; quum in spec. plant. septemloculares dicat, & monospermas; at si calyx revera est fructu minor, hæc erit unica planta, quæ a regulâ generali recedet, reperiitis observationibus suffulta.*

Nullibi hanc plantam videre potui, hac ergo de causa in tabulis desideratur.

31. *SIDA JAMAICENSIS. Linnæi. Tab. 2, f. 5.*

S. foliis ovatis ferratis tomentosis; floribus axillaribus subpedunculatis; semi-nibus quinis bicornibus. *Lin. spec. pl. n°. 8.*

An S. humilior foliis ovatis, ferratis, distiche sitis; petiolis et pedunculis brevibus; ramis floriferis alaribus, foliatis? *Brown Jam. 28.*

Abutilon, à feuilles d'orme. *Encyclop. n°. 9.*

Caulis teres, flexuosus, pilosus, bipedalis.

Folia quandoque ovata, s<sup>æ</sup>pius ovato-acuta; ferraturis minimis in setam brevem desinentibus. Stipula lanceolata, erecta.

Flores axillares, solitarii, subsefiles.

Calyx globosus, fructum continens; capsulis bicornibus.

Habitat in Jamaicā & Brasilia. Hic eam observavit Commersonius. V. S. communicatam a D. Thouin.

Obs. Hac species diversa mihi videtur a S. Carpinifolia Lin. filii, quamquam cum ipsa affinitatem aliquam habeat. Huic enim capsula sunt quinque, floresque solitarii, et stipulae lanceolatae, petiolo breviores; carpinifoliae vero, capsule sunt octo, flores umbellati, rarius solitarii, & stipulae subulatae, petiolo longiores. Videatur supplem. Linnæi fil. pag. 307.

### 32. SIDA GLOMERATA. (Tab. 2, f. 6.)

S. foliis ovato-lanceolatis dentatis subfiliibus; floribus conglomeratis sessilibus.

Caulis simplex, pedalis, tomentosus.

Folia tomentosa. Stipulae lanceolatae, erectae.

Calyces ciliati.

Corolla lutea. Reliqua ut in præcedenti.

Habitat.... V. S. communicatam à D. de Jussieu.

Obs. Varietatem vidi, cui capsula sunt muticae, & folia majora.

## § II. CAPSULÆ A T U S Q U E A D IO.

### A. Foliorum longitudine minor dupla latitudine.

#### 33. SIDA RETUSA. Linnæi. (Tab. 3, f. 4).

S. Foliis cuneiformibus retusis ferratis subtus tomentosis. Lin. spec. pl. n°. 6. Althaea indica latiori folio cordiformi ad summum sinuato. Pluk. alm. 26.

t. 9, f. 2.

Silagurium rotundum seu vulgare. Rumph. Herb. Amboi. lib. 10. c. 32, t. 19.

Abutilon à feuilles émouffées. Encyc. n°. 6.

Caulis teres, lignosus bipedalis, ramosus.

Folia breviter petiolata. Stipulae subulatae, erectae.

Flores axillares, solitarii, pedunculati: pedunculis geniculatis, folio longioribus.

Corolla lutea, patentissima, ab hora nona matutina usque ad primam, meridianam. Rumph.

Calyx angulatus, fructum continens: capsulis novem muticis.

Habitat in Philippinis, Amboin. & in insula Francia; hic eam observavit Commerson, illuc D. Sonnerat, qui dixit indos nominare hanc plantam Culut-Culutan, quod elasticum valet. V. S. communicatam à D. Thouin. If

Obs. Rumphius decem capsules reperit, ego novem in plurimis exemplaribus.

#### 34. SIDA MULTIFLORA. (Tab. 3, f. 3).

S. Foliis ovatis dentatis tomentosis: floribus numerosis: pedunculis petiolo longioribus.

Caulis teres, tomentosus.

Folia breviter petiolata. Stipulae subulatae, villosæ, erectæ.

Flores axillares, solitarii, numerosi: pedunculis geniculatis, brevibus.  
Calyx subrotundo angulatus: laciniis lanceolatis.

Corolla lutea.

Fructus intra calycem: capsulis novem birostratis: rostris fasciculatis, longis.

*Habitat in Brasilia; observata à D. Commerson. V. S. communic. à D. Thouin.*

*Exstat varietas apud D. de Jussieu, cujus folia sunt magis ovata.*

35. *SIDA CORDIFOLIA*. *Linnæi.* (Tab. 3, f. 2.)

S. Foliis cordatis subangulatis ferratis villosis. *Lin. sp. pl. n°. 10.*

Malva bicornis balotes folio molli. *Dill. hort. eth. 211, t. 171, fig. 209.*

Althaea Maderaspatana subrotunda folio molli & hirsuto multipilis. *Pluk. alm.*

25, t. 131, f. 2.

Abutilon à feuilles en cœur. *Encyc. n°. 16.*

Caulis teres, pilosus, pedalis.

Folia cordata, petiolata; petiolis pedunculo paulo longioribus. Stipulae setaceæ, pilosæ, erectæ.

Flores axillares, pedunculati; pedunculis erectis, geniculatis.

Calyx pentagonus, decem striatus, semiquinque fidus; laciniis lanceolatis, pilosus.

Corolla petala flavescens, parum patentia, altera earum parte superiori, acutiore, longiore.

Germen globoso-striatum: styli decem subalbi: stigmata globosa.

Stamina & antheræ ut in congeneribus.

Fructus intra calycem: capsulis decem birostratis; rostris fasciculatis.

*Habitat in utraque India & in Senegal. Commersonius observavit eam in Insula Francie, & D. Dombey in Peru, quam vidi vivam. ○*

Obs. Inter exemplaria, quædam reperi, quibus erant capsulae septem, aliis novem: folia etiam magis subrotunda, lobisque omnino deslituta; at semper cordata, serrata, villosa.

36. *SIDA HERBACEA*. (Tab. 13, f. 1.)

S. Caule erecto piloso ramoso; foliis subcordatis crenato-dentatis: pedunculis petiolo paulo brevioribus: capsulis novem birostratis.

Tota planta pilis mollibus est vestita.

Caulis teres, pilosus, ramosus.

Folia longe petiolata, subcordata, nonnulla subovata, crenato-dentata, pilosa. Stipulae capillares, erectæ.

Flores axillares, solitarii: pedunculis petiolo paulo brevioribus.

Calyx pentagonus, semiquinque fidus.

Corolla lutea.

Fructus globosus intra calycem: capsulis novem birostratis.

*Habitat in India. V. S. apud D. de Lamarck.*

37. *SIDA MICANS*. (Tab. 3, f. 1.)

S. Foliis subcordatis ovato-lanceolatis dentatis tomento mollissimo micantibus: calycibus globosis decem angulatis.

Caulis erectus, ramosus, ad minus bipedalis, tomentosus.

Folia subrugosa , petiolo duplo longiora. Stipulae subulatae , arcuato-erectae .  
Flores axillares , solitarii , pedunculati ; pedunculis geniculatis , petiolo paulo brevioribus.

Calyx globosus , decem angulatus , semiquinque partitus , tomentosus.

Corolla lutea , patens.

Fructus intra calycem : capsulis novem birostratis.

Habitat in Insula S. Domin. V. S. communicatam à D. de Jussieu.

Tota planta tomentosa est.

38. SIDA MACULATA. ( Tab. 3 , f. 7 ).

S. Foliis ovatis ferratis tomentosis : floribus spicatis terminalibus ; corollis maculatis.

Caulis durus , tomentosus.

Folia inferiora orbiculata , superiora ovata , apice truncata , denticulo medio remanente. Stipulae subulatae , erectae , tomentosae.

Flores axillares , solitarii , in spicam laxam terminalem dispositi : floscularum pedunculis geniculatis.

Calyx pentagono-acuminatus , villosus.

Corolla magna , patens , flavescens ; in centro maculis quinque rubescentibus.

Fructus intra calycem : capsulis novem birostris.

Habitat in Insula S. Dom. V. S. communicatam à D. de Jussieu.

39. SIDA ROTUNDIFOLIA. Lamarck. ( Tab. 3 , f. 6 ).

S. Foliis subcordatis subrotundis , crenatis , tomentosis : capsularum rostris fasciculatis , hirtis.

Abutilon à feuilles rondes. Encyc. n°. 15.

An althea orientalis bidens , subrotundis foliis , floribus parvis luteis ? Chytymutu Malaborum. Pluk Almath. p. 11 , t. 356. f. 1.

Caulis teres , pilis numerosis hirtus , ut & tota planta.

Folia quandoque subcordata , mollia , petiolis longiora. Stipulae subulatae , erectae.

Flores axillares , solitarii , pedunculati : pedunculis erectis , geniculatis , petiolo longioribus.

Corolla lutea.

Calyx sphaerico-striatus fructum continens : capsulis novem birostratis ; rostris pilosis , exsertis in fasciculum.

Habitat in Ins. Bourbon. observata à D. Commers. V. S. communic. à D. Thouin.

40. SIDA PALMATA. Dombey. ( Tab. 3 , f. 5 ).

S. Foliis palmatis magnis quinqueangulatis ferratis : stipulis nullis : floribus subumbellatis.

Caulis teres , tripedalis , digitis crassitiei , atro viridis , scaber , erectus , ramosus . Folia longissime petiolata , magna , mollia , scabra. Stipulae nullae.

Flores axillares , subumbellati : flosculariis pedunculatis ; pedunculis scabris geniculatis.

Calyx subovatus , ventricosus , pilosus.

Corolla albo-purpurea , petalis altera parte leviter acutis.

Stamina in apice tubi, numerosa: antheræ subrotundæ.  
 Germen ovatum, 8-9 sulcatum: stylus simplex, 8-9 fidus. Stigmata globosa.  
 Fructus intra calycem: capsulis 8 aut 9 birostratis.  
*Habitat in Lima siccis, observata à D. Dombey. V. V. apud me florentem men-*  
*ibus oct. & novemb.* ○

41. *SIDA ORIENTALIS.* ( Tab. 12, f. 1 ).

*S.* foliis ovato-acutis aut rhombis inferne integris supra inæqualiter serratis:  
 stipulis oblongis linearibus; capsulis muticis.

Caulis ramosus.

Folia breviter petiolata, ovato-lanceolata, inæqualiter dentata, glabra; non-  
 nulla ad rhomboideam figuram accendentia. Stipulae oblongæ, lineares.

Flores axillares, solitarii, pedunculati; pedunculis petiolo nonnihil longioribus.  
 Calyx angulatus, semiquinquefidus, basi decemstriatus, fructifer urceolatus.  
 Corolla lutea.

Fructus intra calycom: capsulis 9-10. muticis.

*Habitat in India orientali; observata à D. Sonnerat. V. S. apud D. de Lamarck.*

42. *SIDA CARPINIFOLIA.* Linn. filii.

*S.* Fruticosa foliis bifariis ovato lanceolatis serratis: serraturis arctatis; umbellis  
 axillaribus.

Rami patentes, bifarii, pilosi.

Folia breve petiolata, bifaria, ovato-lanceolata, ferrata: ferraturis terminatis  
 pilo, vel seta rigida, venosa, glabra. Stipulae subulatae, petiolo longiores;  
 erectæ, conniventes.

Pedunculi axillares, rarius solitarii, umbellati, longitudine petioli, pilosi.

Calyx glaber.

Corolla lutea.

Capsumæ octo, apice bizaristatae.

*Habitat in Madera, ubi eam observavit Franciscus Masson secundum filium  
 Linnaei in supplemento, pag. 307. H*

*Num ad hanc divisionem aut ad sequentem spectet, affirmare nequeo, quum  
 plantam nec vivam nec desiccatam viderim: at capsulas habere hanc speciem  
 monospermas ex ipsa Linnaei descriptione nullus dubito.*

*Nullibi hanc plantam vidi, ideoque desideratur in tabulis.*

B. *FOLIORUM LONGITUDO LATITUDINE DUPLO MAJOR.*43. *SIDA CILIARIS.* Linnæi ( Tab. 3, f. 9 ).

*S.* Foliis ovalibus retusis serratis: stipulis linearibus ciliatis: feminibus muri-  
 catis. *Linn. spec. plant. n°. 5.*

Malva minima supina, foliis oblongis serratis, pedunculis unifloris monophyllis,  
 calyce exteriore remoto, foliolis angustissimis ciliatis. *Brown. Jam. 282, n° 2.*

Malva minor supina betonicæ folio, flore cocineo, feminibus asperis. *Sloan.  
 Jam. 96, hist. 1, p. 217, t. 132. f. 2.*

Abuliton cilié. *Encyc. n°. 7.*

Caulis teres, ramosus, declinatus, subvillosus, palmaris.

Folia petiolata, ovato-oblonga, parva, ciliata, apice retusa. Stipulae capillares, ciliatae, erectae, petiolo longiores.  
 Flores vix pedunculati, solitarii, axillares.  
 Calyx subrotundo-angulatus, laciniis lanceolatis, ciliatis.  
 Corolla flava-rubescens.  
 Fructus intra calycem: capsulis septem vix rostratis, muricatis.  
*Habitat in Jamaica, & in Insula S. Dom. V. S. communicatam à D. de Jussieu.*  
*Obs. Semina saepius octo dixit Linnaeus in Amanitat. Acad. pag. 401. n°. 63, tom. V.*

44. *SIDA MICROPHYLLA.* (Tab. 12, f. 2.).

S. Caule erecto duro ramosissimo: foliis ovatis dentatis parvis: floribus axillaribus pluribus in caulis & ramorum apicibus.  
 Caulis teres, durus, ramosus, bipedalis & amplius.  
 Folia breviter petiolata, ovato-dentata. Stipulis setaceis, erectis, parvis.  
 Flores in summitate ramulorum & caulis, numerosi, axillares, pedunculati;  
 pedunculis geniculatis, petiolo paulo longioribus.  
 Calyx pentagonus, semiquinquefidus; laciniis apice acutissimis.  
 Corolla lutea.  
 Fructus intra calycom: capsulis septem birostratis.  
*Habitat in India orientali; observata a D. Sonnerat. V. S. apud D. de Lamarck.*

45. *SIDA ALBA.* (Tab. 3, f. 8).

S. Foliis ovato-oblongis angustis ferratis glabris; pedunculis longissimis erectis;  
 stygmatibus purpureis, axillis inermibus.  
 Caulis subruber, tripedalis, ramosus.  
 Folia breviter petiolata. Stipulae setaceae, erectae.  
 Flores axillares, solitarii, pedunculati: pedunculis geniculatis, folio longioribus.  
 Calyx, corolla, stamina & antherae ut in *S. Spinoso*.  
 Germen globosum, 9-10 sulcatum: styli 9-10: stygma purpurea.  
 Capsulae 9-10 birostratae, intra calycom.

*Habitat in India. Vidi vivam in R. h. P. floruit mensib. sept. oct. ○*

*Obs. An Sida alba Linnæi sp. pl. n°. 2, & quam Dill. describit hort. elth. 214,*  
*Tab. 171, f. 210, ad hanc speciem pertineant affirmare nequeo. Illud probe*  
*scio, nostram hanc plantam folia habere angustiora iis, quæ observamus in*  
*S. Spinoso; & valde longa, quod minime convenit Linnæana, quamquam utri-*  
*que sint & stygma purpurea, & petiolorum apices purpurascentes. Hac ergo*  
*de causa questionem reliquimus accurasieribus botanicis, qui utrasque vivas*  
*comparare possint.*

*Althea rostrata coromandelensis pimpinellæ &c. Pluk. alm. 26, t. 9, f. 3, magis*  
*à nostra recedit, quum pedunculos habeat breves, petiolorum fere longitudinis.*

46. *SIDA STIPULATA.* (Tab. 3, f. 10).

S. Foliis lanceolatis dentatis acutis pilosis: stipulis longis linearibus ciliatis,  
 flore longioribus.  
 Caulis subtomentosus, ramosus.

Flores axillares, solitarii pedunculati; pedunculis geniculatis, petiolo subæqualibus.

Calyx globosus, laciniis apice acutissimis.

Corolla lutea.

Fruetus intra calycom: capsulis septem birostratis.

Habitat in Insula Francie; observata à D. Commerson. V. S. communicatam à D. Thouin.

Varietatem finensem habet D. de Jussieu, foliis longioribus.

47. *SIDA RHOMBIFOLIA* Linnæi. (Tab. 3, f. 12).

S. Foliis lanceolato-rhomboïdibus serratis: axillis subspinosis. L. sp. pl. no. 3.

Malvinda unicornis folio rhomboïde, perennis. D. elth. 216, t. 172, f. 212.

Abutilon à feuilles en rhombe. Encyc. no. 4.

S. Caule fruticoso: foliis ovato-oblongis crenatis & serratis pedunculis longifimis unifloris. Dombey herb.

Caulis lignosus, 4-pedalis, ramis virgatis.

Folia vix petiolata, superius glabra, nitida; basi minus ferrata. Stipulae subulatae, erectæ.

Capitula novem, birostratae.

Reliqua ut in *S. Alba*.

Habitat in utraque India. Floret mens. sept. & oct. V. V. in R. h. P.

D. Dombey observavit hanc plantam in humidis peruvianis, florentem mense augusto: limpion vulgo nominatur. ♂

Obs. Species plurimum varia, foliis parvis, magnis, rhombis aut rhomboideis, vita etiam brevior aut diuturnior. An vere species distincta? Ab his omnibus sequentem ut diversam adjungam.

48. *SIDA CANESCENS*. (Tab. 8, f. 3).

S. Caule humili fruticoso: foliis rhomboidibus subtus villosissimis subsessiliibus. Stipulis setaceis nigris erectis.

Caulis vix pedalis, ramosissimus, ramis decumbentibus: radice longa, perpendiculari, lignosa.

Folia vix petiolata, superius glabra (sic apparent in sicco), subtus villosissima, alba, utrisque lateribus superioribus dentata, in reliquis integra. Stipulae setaceæ, erectæ, nigricantes.

Flores axillares solitarii, pedunculati: pedunculis geniculatis, folio longioribus.

Reliqua non vidi.

Habitat in Senegal, observata à D. Adanson.

49. *SIDA CAPENSIS*. (Tab. 12, f. 3).

S. Caule ramosissimo: foliis ovato-lanceolatis quandoque subrotundo-ovatis dentatis: stipulis ciliatis: capsulis muticis.

Caulis durus, asper, erectus, ramosissimus: ramis virgatis, suberectis, bipedalis & ultra.

Folia lanceolata, dentata, subsessilia. Stipulae lato-lineares, erectæ, ciliatae, pedunculo longiores.

Flores axillares, solitarii, breviter pedunculati.

Calyx pyramidato-pentagonus, laciniis acutis.

Corolla lutea.

Fructus intra calycem, subglobosus; capsulis decem circiter, muticis.

Habitat ad caput B. Spei: observata à D. Sonnerat. V. S. communitatam à D. Thouin.

§ 0. SIDA PLANICAULIS. (Tab. 3, f. 11).

S. Foliis ovato-lanceolatis ferratis: caule compresso: floribus subsessilibus.

Caulis scaber, ruber, pedalis compressus.

Folia vix petiolata. Stipulae angustæ, oblongæ, erectæ.

Flores axillares, solitarii, subsessiles.

Corolla lutea, parum patens.

Styli 7, 9, albantes. Reliqua ut in S. Rhombifolia.

Habitat in India, floruit mensibus sept. & oct. V. V. in R. h. P. ○

Obs. Sida fruticosa, quam observavit Commersonius in Brasilia est omnino eadem ac nostra planicaulis, ad quam reducenda videtur altera similiter fruticens, quam idem reperit in Insula Francia.

§ III. CAPSULÆ SUBTRIGINTA : COROLLÆ PETALA SUPRA LATIORA  
SUBROTUNDA, AUT LEVITER CRENATA AUT EMARGINATA.

§ 1. SIDA SPICATA. (Tab. 8. f. 1).

S. Folis subcordatis acuminatis: pedunculis petiolo parvo vix longioribus: capsulis pendulis obtusis, floribus spicatis.

Abutilon vesicarium flore luteo majus. Plumier. hist. manuscrit. Tab. 4, p. 14.  
apud J. Burman. t. 2, f. 1.

Frutex cuius rami erecti, numerosi, longissimi, crassi.

Folia cuspidata, cordata, subhirsuta, e viridi alblicantia, et denticulis minutis per totum circuitum ferrata. Stipulae ...

Flores axillares, solitarii, spicati, pedunculati; pedunculis geniculatis, petiolo majoribus.

Calyx quinquepartitus.

Corolla lutea, patens: petalis superne latioribus, crenatis.

Fructus calyce multoties major, timpano similis, albescens, ex capsulis compressis compositus, monospermis, numerosis.

Semina nigricantia, subrotunda, altera parte acuta.

Habitat in Insula S. Domini. ubi eam Plumier observavit delineavit & descripsit.

Obs. Nescio qua de causa Linnæus hanc plantam ad suam S. Americanam reducat tamquam si unam eamdemque speciem utræquæ compонerent. Sed illud mirandum certe est, quod homo in botanica facile princeps, Plumerii iconem malam dixerit; quia non suam sidam americanam representabat, inter quas nulla affinitas existit. Capsule enim in nostra spicata sunt muticæ: in Americana Linnaei definunt in acumen lanceolatum longitudine ipsius capsulæ. Mitto reliqua, quoniam vel hoc unum alteram ab alia distinguit.

§ 2. SIDA OCCIDENTALIS Linnæi. (Tab. 4, f. 3).

S. Foliis cordatis sublobatis: stipulis patentibus: pedunculis petiolo brevioribus: capsulis multo-locularibus pendulis obtusis. sp. pl. n°. 15.

Abutilon

*Abutilon vesicarium* flore fructuque majore non crispo. *Dillen elth.* 7, p. 6, t. 9.  
*Abutilon d'occident.* *Encyc.* n°. 23.

Caulis teres, tomentosus, subruber, ramosus, bipedalis.

Folia longe petiolata, subtus aspera. Stipulae setaceæ, recurvo-erectæ.

Flores axillares, solitarii, pedunculati: pedunculis annulatis, petiolo paulo brevioribus.

Calyx tubuloso-angulatus, laciniis lanceolatis.

Corolla saturate lutea: petalis supra latioribus, subcrenatis.

Stamina et antheræ ut in congeneribus.

Germen globosum, multifulcatum, tomentosum: styli 27-30: stylmata capitata.

Fruetus calyce multo major, globosus, pendulus: capsulis compressis, monospermis, semine sub plumula arcuata, quam Dillenius calyptram nominat.

*Habitat in America. V. V. in R. h. P. floret mensibus, sept. & oct.* ○

53. *SIDA MULTIFIDA.* *Dombey.* (Tab. 4, f. 2)

S. Foliis multifidis: caule prostrato: floribus secundis versus terram: seminibus alatis.

Radix fibrosa.

Caulis teres, prostratus, dichotomus, ramosissimus.

Folia longe petiolata, profunde trifida, quandoque quinque fida, laciniis liratis obtusis. Stipulae lanceolatae, parvae.

Flores solitarii, axillares, pedunculis geniculatis, petiolorum longitudine, cernui versus terram.

Calyx globosus, semiquinquefidus, laciniis denticulato-ciliatis.

Corolla alba, patens.

Fruetus orbiculari compressus, intra calycem, ipsoque maior: capsulis 28 monospermis alatis.

*Nova hæc & miranda plantula explicari ulterius debet.*

*Supra calycem, ipsique inhærens basi, exstat pellicula circularis, fructum integrum metiens, in totque denticulos definens, quot sunt semina, quæ omnia parte inferiori ambit. In centro affurgit columnæ segmentum, supra quod seminum apices incumbunt numero 28 aut circiter, quorum figura est altera parte subrotunda, altera acuta. Unumquodque semen ambient longitudinaliter fila, aut follicula duo in totidem alas prominentes superius terminata, in conum coniventes: follicula illa ita semina quæque cingunt, ut hæc nuda appareant duabus superficiebus, quibus vicinis adnestantur: illa rursus follicula parte superiori sunt unita, fissa vero inferiori, qua adhærent pelliculae circulari. Num dicta follicula alata capsularum nomine digna sint, videant cæteri; ego interea hanc plantam ad fidias refero, quamquam non nihil à reliquis differat.*

*Habitat in arenosis Limæ, ubi eam observavit D. Dombey. Culta fuit in R. h. P. ego sicciam vidi apud D. D. de Jussieu et Thouin. Floret mense septembri in loco natali.* ○

## SECTIO SECUNDA.

## CAPSULÆ TRISPERMÆ.

## §. I. Capsulæ quinque.

54. SIDA TRIQUETRA Linnæi. (Tab. 5, f. 1).

S. Folii cordatis subtomentosis : ramis triquetris. Lin. sp. pl. n°. 7.

S. Trifulcata , ramis trifulcatis. Jacq. amer. 195.

Abutilon triangulaire. Encyc. n°. 8.

Caulis fructicosus, subruber, triquierter, tripedalis ; ramis subtomentosis.

Folia longe petiolata, cordato-acuminata, obtuse ferrata, viridi albicantia.  
Stipulae breves, erecto-patulæ.

Flores axillares, solitarii, pedunculati : pedunculis tenuibus, erectis, geniculatis, periole longioribus.

Calycis laciniæ acutæ, patentes.

Corolla flava, patens : petala subrotunda, ad ungues maculis quinque purpureis.

Stamina & antheræ ut congeneribus.

Germen prismatico-pentagonum : styli quinque, basi subcoaliiti : stigmata capitata.

Fructus calyce multoties major, figura germinis : capsulis quinque muticis,  
glabris, trispermis.

Habitat in America calidiore. In V. V. in R. h. P.

SIDA PERIPLOCIFOLIA Linnæi. ( Tab. 5, f. 2 ).

S. Folii cordato lanceolatis integerimis subtus albis caule paniculato. Lin. sp.  
pl. n°. 13.

Abutilon periplocæ acutioris folio fructu stellato. Dill. eth. 4, t. 3, f. 3, optima.  
Alcea orientalis scamoniæ folio, major, floribus albis. Pluk. alm. 17, tab. 74,  
f. 7, mala.

An melior figura Pluk. t. 254, f. 5. Alcea Jamaicensis abutili facie, floribus  
exiguis flavis, folio vix crenato prona parte molli, & tenuissima lanugine  
canescente?

Althæa scamoniæ folio, flosculis albis Zeylanica. Herm. prodr. 309.

Abutilon à feuilles de scamonée.. Encyc. n°. 14.

S. Erecta glabra, foliis cordatis acuminatis integris, subtus incanis, &c. Brown  
Jam. 280, n°. 3.

Caulis teres, ramosus, pilis stellatis minimis subscaber, tripedalis.

Folia haud longe petiolata, superiora subsessilia, superne glabra nitida, subtus  
venosa, albicantia. Stipulae parvæ, subulatæ, erectæ.

Flores paniculati : flosculorum pedunculis longis, tenuibus annulatis.

Calyx parvus, globosus.

Corolla ut in præcedenti, at maculis orbata.

Germen globosum, quinquesulcatum : styli quinque : stigmata recurva.

Fru<sup>c</sup>tus (1) calyce paulo major : capsulis quinque nigricantibus nitidis , stellam referentibus , trispermis.

Habitat in utraque India V. V. in R. h. P. ○

Quandoque est disperma.

Obs. Planta colitur in R. h. P. qua medium locum tenet inter hanc Sidam & sequentem : an specie ab eisdem diversa ?.

§6. SIDA STELLATA. ( Tab. 5 , f. 4 ).

S. Foliis subrotundo-cordatis acutis integerrimis Lin. sp. pl. n<sup>o</sup>. 13 β.

Abutilon caule hirsuto , flore minore vilvo. Plumier. manuf. t. 4, p. 12.

Abutilon amplissimo folio , caule villoso. Plum. apud J. Burman. spec. 2, icon. 3.

Gaulis fruticosus , teres , valde tomentosus , ramosus , paniculatus , 4-pedalis.

Folia longe petiolata , mollia , subtus albicantia. Stipulae lineares , erectae , villosæ.

Flores paniculati ; flosculorum pedunculis villosis , geniculatis.

Calix ut in præcedenti , sed triplo major.

Corolla petala flavescentia , subrotunda , magna , patentissima.

Stamina ut in congeneribus : antheræ croceæ.

Germen globosum : styli quinque longi : stigmata capitata.

Fru<sup>c</sup>tus calyce major , subrotundus , supra<sup>m</sup>a superficie pentagonus in modum stellæ : capsulis quinque , trispermis : femina nigricantia altera parte acuminate.

Habitat in pratis siccioribus S. Dom. ubi eam observavit Plumier. Floret in loco natali mensibus oct. & novemb. Colitur in R. h. P. ubi eam vidi mensē decembri 1783. H

Obs. 1. Plumieri quatuor semina vidit aliquando in hujus speciei aliquibus capsulis , quod ego in nulla hujus generis planta umquam detexi , quamquam centies id tentaverim.

2. Varietatem Sidæ Periplocifolia statuit Linnæus , mihi vero diversa videtur.

§7. SIDA EXCELSIOR. ( Tab. 5 , f. 3 ).

S. Foliis cordato-acuminatis integris superne rubescens glabris subtus villosis lutescentibus ; floribus paniculatis.

Abutilon , arbor excelsa , tiliæfolio & ligno levissimo vulgo apud Hispanos palo de balsas : gallice bois-de-radeau. Joseph. de Jussieu herb.

Albo excelsa , cuius folia breviter petiolata , & stipulae parvæ.

Flores paniculati , in ramis alternis : flosculorum pedunculis geniculatis.

Calyx parvus , laciniis ovato-acutis.

Fru<sup>c</sup>tus calyce multo major : capsulis quinque , trispermis stellam referentibus bidentatis.

Habitat in calidioribus Peruvianis , ubi eam observavit Jos. de Jussieu. V. S. communicatam à D. de Jussieu. H

(1) Fru<sup>c</sup>tus S. Perip. est omnium sidarum huius sectionis minimus , quem sequitur fructus Sidæ Umbellatae.

## § II. C A P S U L A E S E X .

58. SIDA RAMOSA. ( Tab. 6 , f. 1 ).

S. Foliis cordatis acutis inæqualiter & profunde dentatis : floribus ramosis :: capsulis sex , birostratis.

Tota planta pilis mollibus vestitur.

Caulis ramosus , teres. (Ex fragmentis, quæ vidi ad minus bipedalis).

Folia petiolata , cordata , subglabra. Stipulae lineares , erectæ.

Flores in ramis axillaribus : flosculi solitarii , alterni : pedunculis geniculatis.

Calyx semiquinquefidus : lacinias acuminatis.

Fructus calyce major : capsulis sex trispermis , birostratis.

Habitat in Senegal. Observata à D. Adanson. V. siccum apud D. de Jussieu.

## § III. C A P S U L A E A T U S Q U E A D I I .

59. SIDA LIGNOSA. ( Tab. 6 , f. 2 ).

S. Foliis cordatis crenatis tomentosis orbiculato-acuminatis acumine producendo :: capsulis 7-8 durissimis.

Caulis durissimus , ramosus.

Folia longe petiolata , petiolis longiora ( dupla ). Stipulae latæ , breves.

Flores axillares , solitarii , pedunculati ; pedunculis geniculatis , erectis , petiolo longioribus.

Calyx maximus 5-partitus , angulis plicatis , laciniarum acuminibus acutissimis.

Corollæ petala lutea , patentia , subrotunda.

Fructus calyce paulo major , conico-truncatus : capsulis 7-8 durissimis , trispermis.

Habitat in Insula S. Dom. V. S. communicatam à D. de Jussieu.

60. SIDA UMBELLATA Linnæi. ( Tab. 6 , f. 3 ).

S. Foliis cordatis subangulatis subtomentosis : floribus umbellatis : capsulis birostratis trispermis. Linn. sp. pl. n°. 11.

Abutilon à ombelle. Encyc. n°. 12.

S. Foliis cordato-subrotundis ferratis , stipulis setaceis longis , pedunculis axillaribus multifloris ? Dombey herb.

Caulis pilosus , pedalis , ramosus.

Folia longe petiolata , petiolis breviora. Stipulae lanceolatae , ciliatae , erectæ.

Flores axillares , umbellati , flosculis globosis 3-5.

Calyx globoso-angulatus.

Corollæ petala lutea , patentissima , superne emarginata , ita ut bifida aliquando apparent.

Stamina & antheræ ut in congeneribus.

Germen subrotundum : styli subnovem ; stygma globosa.

Fructus parvus intra calycem paris cum ipso magnitudinis. Capsulis trispermis birostratis.

Habitat in Jamaica. V. V. in R. h. P. Floret mense sept. ○

Obs. 1. *D. Dombey S.* dubitanter ad hanc refero: ut autem te<sup>r</sup>c<sup>o</sup>r judicare ali-  
quomodo possit, descriptionem *adungam*, quam reperi in dicto herbario.

*Planta frutescens bipedalis*: Radix ramosa albicans: caulis erectus subhispidus,  
ramosus viridis: folia pedunculata sparsa, cordato-subrotunda, serrata sub-  
hispida: stipulae longe setaceae: pedunculi axillares, longi, multiflori: calyx  
hirsutus: corolla flava. Habitat in agris cultis Peruvianis, floret mense sep-  
tembri.

Septem capsulas submuticas numeravi, at seminibus orbatas.

Obs. 2. Capsulas quinque dixit Linnaeus in amoen. t. 5, p. 401, n<sup>o</sup>. 65, ego vero  
inter sex & undecim. Synonimum Browni omitto, quod Cl. Lin. dubitanter citat,  
quoniam fid<sup>e</sup> umbellatae minime convenit, quod Anglus addit in descriptione  
fid<sup>e</sup> majoris, &c. p. 281. n<sup>o</sup>. 11. And the seed-vessels which are pretty large  
are composed of about twenty particular depressed lodges. Ex quibus patet  
fructum esse satis amplum, atque componi ex viginti ferme capsulis depresso.

61. *SIDA MICROSPERMA*. (Tab. 13, f. 4).

S. Caule flexuoso ramoso; foliis cordatis orbiculato-acutis quinque nervis; fructu  
vix calyce majori: seminibus minimis.

Caulis flexuosus, ramosus, teres, bipedalis.

Folia longe petiolata, cordata, orbiculato-acuta, obsolete crenata, minora  
quam in præcedenti. Stipulae capillares, breves.

Flores solitarii, axillares, pedunculati; pedunculis erectis, petiolo paulo bre-  
vioribus.

Calyx ut in præcedenti.

Corolla lutea.

Fructus vix calyce maior, globosus: capsulis sub 13 dehiscendo birostratis: rof-  
tris ciliatis: seminibus minimis.

Habitat . . . V. S. communicatam à D. de Jussieu.

62. *SIDA SONNERATIA*. (Tab. 6, fig. 4).

S. Foliis cordatis crenatis acutis tomentosis: pedunculis crassis geniculatis erectis  
folio duplo longioribus: fructu pilis stellatis ornato.

Alceæ affinis indica abutilon dicta flore flavo, &c. Anoda Zeylanenium? Plak.

Alm. 17. Phyt. 126, f. 5.

Caulis ruber, villosus, ramosus.

Folia longe petiolata, crenata, sublobata, acuminata, parva. Stipulae parvae,  
subulatae, deflexæ.

Flores axillares, solitarii, pedunculati: pedunculis longis, villosis, geniculatis.

Calyx ovato-oblongus, laciniis lanceolatis.

Corollæ petala lutea, emarginata.

Fructus calyce multo maior, truncatus: capsulis novem trispermis.

Habitat ad caput B. Spei, observata à D. Sonnerat.

63. *SIDA TERMINALIS*. (Tab. 6, f. 6).

S. Foliis cordatis sublobato-crenatis tomentosis: scapo longissimo spica ter-  
minato.

Fruticulus' pedunculis terminalibus elongatis multifloris , floribus luteis , extus purpurascenscentibus , foliis tomentosis cordatis crenatis , Commerson. herbar. apud D. Thouin.

Caulis fruticosus , ramosus , valde tomentosus , vix pedalis , terminatus pedunculo longissimo quandoque monophyllo , saepius aphylllo.

Folia longe petiolata , tomento mollissimo undique testa. Stipulae subulatae , breves , tomentosae.

Flores spicati : flosculis pedunculatis , bracteatis.

Calyx monophyllus , laciniis ovatis.

Corolla lutea , extus purpurea , calyce multo longior.

Fructus calyce major : capsulis subnovem , lanugine albida densa obductis , trispermis , muticis.

*Habitat in Rupibus Montevideo , ubi hanc pucherrimam plantam observavit D. Commerson. V. S. communicatam à D. Thouin.*

#### 64. SIDA TRICUSPIDATA. ( Tab. 6 , f. 5 ).

S. Foliis cordatis subrotundo-tricuspidatis dentatis tomento canescenscentibus : callycum laciniis introrsum carinatis.

Tota planta tomento canescit.

Caulis durus , fruticosus , cortice albo , ramis erectis , bipedalis.

Folia deflexa , petiolata : petiolis longis erectis. Stipulae parvae , setaceae.

Flores axillares , solitarii , pedunculati : pedunculis erectis , geniculatis , petiolorum longitudine.

Calyx pyramidalis , angulis quinque compressis , profundis , laciniis lanceolatis.

Corolla petala sulfurea , vix exerta , apice latiora , emarginata.

Stamina & antherae ut in congeneribus.

Germen globosum , 9-fulcatum : styli novem : stigmata capitata.

Fructus calyce major , piriformis , truncatus. Capsulis novem , trispermis.

*Habitat..... Floret mense octobri. V. V. in R. h. P. ○*

#### §. IV. CAPSULÆ PLUS QUAM DECIM.

##### 65. SIDA CRISPA Linnæi. ( T. 7 , f. 1 ).

S. Foliis cordatis sublobatis crenatis tomentosis : capsulis cernuis inflatis crenatis repandis. Lin. spec. plan. n°. 20.

Abutilon vesicarium crispum , floribus melinis parvis. Dill. eth. 6 , t. 5 , f. 5.

Abutilon crepu. Encyc. n° 24.

Abutilon aliud vesicarium. Plumier.

Caulis teres , ruber , pedalis , ramosissimus.

Folia longe petiolata , acuminata. Stipulae subulatae , horizontales.

Flores solitarii , pedunculati ; pedunculis capillaribus , geniculatis , declinatis , petiolo quandoque majoribus.

Calix globosus , parvus , laciniis lanceolatis.

Corolla petala albicantia , rotundato-acuta , patentissima.

Stamina & antherae ut in congeneribus.

Germen globoso-fulcatum , styli duodecim : stigmata rubra.

Fructus globosus, calyce multo major: capsulis compressis, membranaceis, carina hirtis, trispermis.

Habitat in Carolina, Providentia, Bahama, & in Lima siccis. V. V. in R. h. P. Floret ocl. ○

Obs. Varietas, Limensis quam nuperrime observavit D. Dombey, quamque vidi siccum apud D. de Jussieu, est valde villosa, praesertim in utraque filiorum pagina.

66. SIDA ASIATICA Linnæi. (Tab. 7, f. 2).

S. foliis cordatis dentatis: pedunculis unifloris petiolo longioribus: fructu lanuginoso, calyce paulo majore.

S. foliis cordatis dentatis indivisis: stipulis reflexis: pedunculis longioribus petiolo, capsulis multilocularibus hirsutis, calyce brevioribus. Linn. Spec. pl. n<sup>o</sup> 18.

Abutilon d'Asie. Encyc. n<sup>o</sup> 26.

Caulis teres, subtomentosus, erectus: ramis apertis.

Folia magis longa quam lata, subtus venosa. Stipulae lanceolatae, reflexae, nonnumquam arcuato erectae.

Flores axillares solitarii, pedunculati: pedunculis geniculatis, squamula in nodo quam særissime instructis.

Calyx oblongus at minor capsulis.

Corolla petala calyce longiora, at parum exerta, flava, emarginata.

Germen globosum, lanatum, umbilicatum. Styli subviginti: stigmata globosa.

Fructus calyce major, subtus hemisphaericus, postea cylindricus, supra concavus hirsutissimus, capsulis subviginti, trispermis, muticis.

Habitat in India V. V. in Regio h. P. Floret octob. ○

Obs. 1. Numquam vidi fructum hujus speciei calyce minorem: quare valde suspicor Typographi vitio legi in synonimo Linnæi calyce brevioribus pro longioribus.

Plantam Plukenetii, quam ad hanc speciem revocat Linnæus, ego ad Sonnerantiam pertinere arbitror. Flores enim in Plukenetii aequi ac in mea parvi sunt calycesque breves; quod Sida Asiatica repugnat.

Obs. Exemplar vidi apud D. de Jussieu quod provenit ex itinere, in Senegal.

D. Adanson, quod huic speciei tamquam varietas adjungi potest; variat tamen fructu globo, minusque lanuginoso.

67. SIDA EXSTIPULARIS. Commerson. (Tab. 7, f. 3).

S. foliis cordato-acuminatis crenatis magnis mollissimis: pedunculis unifloris petiolo duplo brevioribus: stipulis longis capillaribus villosis cito decidentibus.

S. foliis cordatis acutis subtomentosis extipulatis, pedunculis axillaris, petiolo brevioribus unifloris, Commerson. herb.

Caulis teres, subtomentosus, tripedalis, ramosus.

Foliorum petioli longissimi. Stipulae erectae, quæ cito decidunt.

Flores solitarii axillares: pedunculis petiolo duplo & amplius brevioribus.

Calyx pentagono-acuminatus, angulis profunde compressis, laciniis lanceolatis, introrsum carinatis, ciliatis.

Corolla lutea, vix exerta, petala subrotunda, emarginata.

Antheræ & stamina ut in congeneribus.  
 Germen spherico-sulcatum. Styli plusquam 11 : stigmata capitata.  
 Fructus calyce paulo major : capsulis trispermis.  
*Habitat in Insula Bourbon, ubi eam observavit ac declineavit D. Commerson, qui capsularum numerum ad triginta produxit, corollasque patentes dedit in iconem, quæ afferuntur apud D. de Jussieu.*  
*Folia variant; quandoque sunt subrotundo-acuminata, & saepe sepius a rotunditate recedunt V. V. in R. h. P. Floret mense octob. ◎*

## 68. SIDA PLANIFLORA. Lamack. ( Tab. 7, f. 4 ).

S. Foliis cordatis subrotundo-acuminatis dentatis tomentosis : capsularum rostris initio solitariis, postea binis, longis, villosis.  
 Abutilon à fleurs planes. *Encyc. n° 29.*  
 Caulis teres, villosus, tripedalis  
 Folia longe petiolata : petiolis folio brevioribus. Stipulae lanceolatae, suberectæ.  
 Flores axillares, solitarii, pedunculati : pedunculus geniculatus, petiolo longioribus, folio brevioribus.  
 Calix ovato-pentagonus, villosus : laciniis acutis.  
 Corolla petala flava, patentia, calyce multo majora.  
 Stamina & antheræ ut in congeneribus.  
 Germen globoso-villosum : styli numerosi : stigmata capitata.  
 Fructus calyce major hemisphæricus : capsulis 29 circiter rostro erecto subulato terminatis, quæ fructu maturo birostratae sunt.  
*Habitat in Insula Francia; observata à D. Commerson. V. S. apud Equitem de Lamarck, cultam olim in R. h. P. ◎*

## 69. SIDA POPULIFOLIA. Lamarck. ( Tab. 7, f. 9 ).

S. Foliis cordatis crenatis fuscis subrotundo-acutis ; stipulis spiralibus patulis ; caule atro-rubescente.  
 Abutilon à feuilles de peuplier. *Encyc. n° 28.*  
 Abutilon lave seu agreste. *Rumph. 2, lib. 6, cap. 14, fig. 11.*  
 Beloere malabaricus : fruta gargantilha Lusitanis. *Hen. Rhed. Hort. Malay. t. 7, tabula 45, pag. 77.*  
 Caulis atro-purpureus, tener, viridis, erectus, ramosus, bipedalis, angulatus.  
 Folia longe petiolata, mollia, venosa. Stipulis spiralibus, patulis.  
 Flores solitarii, pedunculati : pedunculus petiolo nunc brevioribus, nunc longioribus geniculatus ; a geniculo nutantibus, postea erectis ; squamula in nodo quam sèpissime instructis.  
 Calyx hemisphærico-pentagonus, laciniis obtusis.  
 Corolla petala flava, patentissima, emarginata.  
 Stamina & antheræ ut in congeneribus.  
 Germen globosum, villosum : styli 11-19, stamina globosa.  
 Fructus calyce multo major, superne latior, corniculatus : capsulis trispermis, dehiscendo birostratis.  
*Habitat in Java & insula Francia observata à D. Commerson, qui eam delineare curavit. Icon exstat apud D. de Jussieu. V. V. in R. h. P. Floret mense oct. ◎*

## 70. SIDA HIRTA. Lamarck. (Tab. 7, f. 5).

S. Caule hirtō : foliis cordatis subrotundis dentatis : stipulis horizontalibus, cornuum instar contra petiolum directis ; floribus solitariis maculatis.

Abutilon hirsutē. Encyc. n°. 27.

Abutilon hirsutum. Rhumph Amboi. 2, lib. 6, cap. 13, tab. 10.

Caulis viridis, pilis hirsutus, ramosus, bipedalis.

Folia distantia, longe petiolata, subtus albicantia. Stipulae cornuum instar.

Flores axillares, solitarii, pedunculati : pedunculis petiolo paulo majoribus, geniculatis, hirtis.

Calyx, corolla, stamina, & antheræ ut in S. Occidentali, n°. 51.

Germei globosum, striatum : styli 15-17 virides, longi, reflexi : stigma globosa.

Fructus calyce major : capsulis trispermis.

Habitat in India orientali. V. V. in R. h. P. Floret mensibus sept. & oct.

Obs. Diversam esse suspicor hanc ab ea, quam Rumphius describit loco citato ; quoniam haec nostra nec gravem odorem spirat ut Rumphiana, nec visco a est, ut alia silentio premam, quæ ad foliorum in tabula Rump. depictorum formam spectant.

## 71. SIDA PUBESCENS. (Tab. 7, f. 6).

S. Foliis cordatis sublobatis valde tomentosis : pedunculis erectis hirsutissimis unifloris : fructu tomentoso conico-truncato.

Tota planta pilis albis numerosis est onusta.

Caulis durus, ramosus ; ramulis ut & petiolis hirsutis.

Folia longe petiolata ; petiolis æqualia, subtus nervosa. Stipulae arcuato-erectæ, hirsutæ.

Flores axillares, solitarii, pedunculati : pedunculis geniculatis, petiolo longioribus.

Calyx hirsutus, pentagonus, angulis compressis, laciniis lanceolatis, apicibus acutis.

Corollæ petala subalba, patentissima.

Fructus calyce major, conicus, truncatus : capsulis 15 trispermis, breviter birostratis.

Habitat in Insula S. Dom. communicata à D. de Jussieu.

## 72. SIDA INDICA Linnæi. (Tab. 7, f. 10).

S. Foliis cordatis sublobatis : stipulis reflexis : pedunculis petiolo longioribus : capsulis multilocularibus scabris, calyce longioribus. Linn. Spec. pl. n°. 19.

Althaea theophrasti sinilis. C. B. Pinax 16.

Abutilon indicum. J. B. 2, 959. Camerari hort. 3, t. 1. Tournefort. inst. 99.

Abutilon d'Inde. Encyclop. n°. 30.

Caulis atro-purpureus, junior viridis, bipedalis, ramosus.

Folia petiolata, crenata, atro-viridia. Stipulae lanceolatae, patulo-reflexæ.

Flores axillares, solitarii, pedunculati : pedunculis erectis, geniculatis, folio longioribus.

Calyx ovato-pentagonus, laciniis lanceolatis.

Corollæ petala saturate flava, emarginata.

Stamina & antheræ ut in congeneribus.

Germen globoſo-fulcatum, tomentosum. Styli 13-15: stigmata globosa.

Fruſtus calyce multo major, globoſo-truncatus: capsulis trispermis.

Habitat in India. V. V. in horto R. P. Floret mensibus sept. & oct. ○

73. SIDA ABUTILON *Linnæi*.

S. foliis subrotundo-cordatis indivisis: pedunculis folio brevioribus: capsulis multilocularibus: corniculis bifidis. *Linn. Spec. pl. n°. 17.*

Alcea indica abutilon dieta, pericarpio membranaceo orbiculari compresso, vertice corniculis extus coronato, intus decem aut duodecim loculamentis diviso. *Pluk. Alm. 17.*

Althea Theophrasti flore luteo *C. B. Pinax 316.*

Abutilon Theophrasti flore luteo, quibusdam abutilon. *J. B. Hist. 2, pag. 958;*

Abutilon Dodonei. *Pempt. 656, Tournefort inst. 99.*

Abutilon foliis tomentosis, cordatis petiolatis siliquis bicornibus. *Hall. Hely. n°. 1075, R.*

Abutilon Avicen. *Burman Zeyl. 1.*

Abutilon ordinaire. *Encyc. n°. 21.*

Caulis tomentosus, ramosus, 4 pedalis.

Folia longe petiolata, petiolis pedunculo duplo aut triplo longioribus, molliſſima, tomentosa. Stipula parvæ.

Flores ſolitarii, ad latus ramuli, pedunculati; pedunculis geniculatis, erectis.

Calyx subtus hemiſphæricus, ſupra quinquepartitus; laciniis carinatis, villosis, ſubrubris.

Corolla lutea, calyce paulo longior: petalis subrotundo-emarginatis.

Stamina & antheræ ut in congeneribus.

Germen globoſo-fulcatum, tomentosum: styli ſubquindecim: stigmata capitata.

Fruſtus calyce multo major, niger, pilosus, magnus, subrotundus, ſupra

planus: capsulis trispermis, birostratis.

Habitat in Indiis, Helvetia, Sibiria. Floret mensibus augſt. & ſeptemb. V. V. in R. h. P. ○

Obs. Aliam plantam vidi apud D. de Jussieu, huic noſtræ maxime affinem:

Folia vero illi ſunt dentata; acumen integrum, ſublineare, acutum; ac undecim capſulae, quæ denticulos habent erectos, ſubulatos, longiores.

74. SIDA OBTUSA. *Vogel.* (Tab. 9, f. 2).

S. Foliis subrotundo-cordatis ſublobatis: pedunculis umbellatis: capsulis multilocularibus. *B. Chr. Vogel in cent. plant. rar. Trewii. fig. 89, colorat.*

Caulis angulatus, ramosus, erectus.

Folia subrotundo-cordata, ſublobata, ferrata, obtusa, venosa, villosa, petiolata: petiolis angulatis, folio dimidio brevioribus, dependentibus. Stipulae laterales, magne, linearilanceolatae, acuminatae, patentes.

Flores umbellati: pedunculus communis ſolitarius, lateral is, petiolo longior: partiales breves, uniflori: umbella ſubquinque florum.

Calyx angulatus, semiquinquefidus.

Corollæ petala sulfurea, patentia, subrotundo-præmorsa.

Stamina & antheræ ut in congeneribus.

Germen orbiculatum: stigmata capitata.

Fruktus calyce multo major, subrotundus, hirtus: capsulis triquetris, compres-  
sis, retrosum acuminatis, trifpermis.

Habitat .... Vivis coloribus depictam vidi in Trewii Centuria supra citata.

---

### S E C T I O   T E R T I A.

CAPSULÆ NUMERO INCERTÆ. SEMINA NUMERO INCERTA.

75. SIDA PERSICA Burmanni. (Tab. 4, f. 1).

S. Foliis inferioribus petiolatis cordatis acuminatis: superioribus sessilibus lan-  
ceolatis dentatis: pedunculis solitariis unifloris.

Abutilon. Garzin herb.

Rami stricti, teretes, glabri.

Folia inferiora petiolata, magna, cordata, acuminata, glabra, lucida, profunde  
dentata: superiora subsessilia, tomentosa, lanceolata, denticulata ad basim,  
apice iutegeerrima. Stipulae setaceæ.

Flores axillares, solitarii, longe pedunculati: terminales, bini.

Calyx pilosus.

Corolla lutea: petalis orbiculatis, crenatis.

Fruktus intra calycem, ipsoque major: capsulis plurimis, muticis....

Habitat in Persia. V. figuratam in flora indica Nicolai Burmanni, qui nihil  
dixit de seminum numero, contentorum in unaquaque capsula.

Obs. In descriptione dixit Cl. auctor folia superiora sessilia; & in figura quam  
ipse dedit, video subsessilia: quare quum hoc ultimum observetur in aliquibus  
speciebus: in nulla vero folia vederim sessilia; expressionem subsessilia prætuli.

76. SIDA TRUNCATA. (Tab. 6, f. 7).

S. Foliis subovatis dentatis rugoso-tomentosis apice truncatis.

Caulis tomentosus, bipedalis, ramosus.

Folia cordata, parva, petiolata: petiolis longitudine pedunculorum. Stipulae  
subulatae, villosæ, erectæ.

Flores axillares, solitarii.

Calyx subrotundo-pentagonus.

Corollæ petala sulfurea: calyce longiora, subrotunda.

Antheræ & stamina ut in congeneribus.

Germen ovatum, novem fulcatum: styli novem, rubri: stigmata capitata.

Fruktus.....

Habitat in Insula S. Dominici. Floruit mense oct. 1784, sed infructuosa. V. V. in  
R. h. P. ○

77. SIDA ARBOREA *Linnæi filii*.  
 S. Foliis cordatis ovatis acuminatis crenatis quinque nervis mollissime tomentosis : pedunculis axillaribus unifloris. *Lin. in Suppl.* p. 307.  
 Abutilon en arbre. *Encyc.* n°. 18.  
 Arbor orgialis.  
 Stipulae subulatae.  
 Flos magnus, Hibisci, albus.  
 Fructus ex capsulis quinque....  
*Habitat in Africa.* **H**  
*Nullibi hanc plantam videre potui, ideoque in tabulis desideratur.*

78. SIDA PERUVIANA. *Juss.* ( Tab. 7, f. 8 ).  
 S. Foliis subrotundo cordatis acutis crenatis tomentosis : pedunculis axillaribus unifloris longis : floribus maximis : stipulis lanceolatis ciliatis patulis.  
 Abutilon du Perou. *Encyc.* n°. 19.  
 Frutex quatuor pedum, ramulis villosis.  
 Folia & stipulae ut supra.  
 Flores axillares, solitarii, pedunculati : pedunculis petiolo paulo longioribus, annulatis.  
 Calyx magnus basi plano-concavus, laciniis lanceolatis.  
 Corolla sidarum omnium maxima, albicans, petalis integris, subrotundis, venosis.  
 Stamina & antheræ ut in congeneribus.  
 Germen globosum, villosum. Styli tredecim : stygma capitata.  
 Fructus....  
*Habitat in Peru. Floret mense septemb. V. V. in R. h. P. fructibus deputatam.* **H**  
*Obs. Facies est Sidæ Arboreæ juxa Lin. filii sententiam, qui eam videt in dicto horto: at capsularum numero omnino diversa videtur.*

79. SIDA REFLEXA. *Jussieu.* ( Tab. 7, f. 7 ).  
 S. Foliis subrotundo-cordatis acutis tomentosis obsolete crenatis : corollis magnis reflexis cocineis.  
 Abutilon à petales recourbés. *Encyc.* n°. 20.  
 Frutex quatuor aut quinque pedum, cuius ramuli, petiolique villosi.  
 Folia mollissima, magna, subtus albicania, longe petiolata. Stipulae reflexæ, amplexantes petiolas.  
 Flores solitarii, axillares, deflexi ( an postea errecti? ) pedunculati, pedunculis annulatis, ad quorum latera rami axillares.  
 Calyx ovato-oblongus : laciniis lanceolatis, acutis.  
 Corolla saturate cocinea, ex petalis ad basim macula fusca notatis, supra latioribus, crenatis, omnibus omnino reflexis.  
 Stamina & antheræ ut in congeneribus.  
 Germen ovato-sulcatum : styli quamproxime 12.  
 Fructus....  
*Habitat..... Floret mense octobris.* **H**

Anno proxime elapso haud floruit hic frutex : ramulum vero floribus ornatum vidi in herbario D. de Jussieu, qui & iconem conservat. Notandum tamen est, tubum, qui longissimus est in hac specie, ita depictum ibi esse, ut superficies ejus extima, nedium a ex, staminibus & antheris seanteant, quod improprium est, fidarumque naturae contrarium. Ut autem hujus veritatis certior fierent, flores secos attente examinavi, in quorum tubis nulla staminum vestigia reperi, sed omnia insistebant apici.

## 80. SIDA BIFLORA. ( Tab. 9 , f. 1 ).

S. Foliis cordatis magnis crenatis tomentosis, acumine producto; inferioribus oblongis tricupidatis: floribus geminis axillaribus.

Caulis fruticosus, teres, tomentosus, ramosus.

Folia longe petiolata. Stipulae lanceolatae, erecto-patulae.

Flores gemini, axillares, pedunculati; pedunculis petiolo aequalibus, geniculatis.

Calyx ovatus, magnus, lacinias lanceolatis.

Corolla petala magna, lutea, patentia, emarginata.

Stamina numerosa, in extremitate tubi, qui est fere petalorum longitudinis.

Styli numerosi.

Fructus .....

Habitat ..... V. S. apud D. de Jussieu, ubi afferatur unicum exemplar.

## 81. SIDA AMERICANA Linnæi.

S. Foliis cordatis oblongis indivisis; capsulis multilocularibus longitudine calycis; loculis lanceolatis. Linn. Spec. plant. n° 16.

Abutilon d'Amérique Encyc. n° 22.

Folia duplo longiora quam lata, valde tomentosa, ferrata, petiolis duplo longiora.

Flores pedunculati; pedunculis folio brevioribus.

Calyx tomentosus.

Capsulae magnitudine S. Abutili 12-loculares, tomentosæ: loculamentis desinentibus in acumen lanceolatum, longitudine ipsius capsulae, minime ad futuram interiorem exscisis.

Habitat in Jamaïca.

Obs. Nullibi hanc speciem nec vivam nec sicciam vidi; quare in tabulis defiderat tur. Descriptionem tamen sumptu ex loco citato Linnæi.

## 82. SIDA BRASILIENSIS.

S. Caule tomentoso: foliis subcordatis ovato-acutis crenatis: crenulis acuminatis: floribus numerosis parvis, breviter pedunculatis.

Caulis teres, tomentosus, ramosus.

Folia longe petiolata, subcordata, tomentosa. Stipulae subulatae, erectæ, flore longiores.

Flores in ramulis axillaribus, numerosi, parvi: flosculi breviter pedunculati; pedunculis subgeniculatis, tomentosis.

Calyx pentagono-acuminatus, tomentosus.

Habitat in Brasilia: observata à D. Commersonio. V.S. apud D. Thouin.

Quum opusculum hoc esset prelo commissum, & tabulae excise, plantam vidi: hac ergo de causa hujus figura in istis desideratur; malui tamen hic eam describere, quam silentio premere, quamquam fructificationis partibus orbatas vidissim: sperans aliquando, quæ hic defunt, me invenire posse atque botanicas communicare; a quibus peto vicissim ut quas ipsi fidias novas aut nondum editas viderint aut possideant, velint in scientia profectum vel ad tempus communicare; qui<sup>t</sup>us & grates agam dignissimas, & auctorum laudem ac nomina suo loco & tempore praedicabo.

Præter species huc usque descriptas, permulta supersunt, quarum nec fructus vidi unquam, neque flores. Duæ coluntur in R. h. P. harum altera ad Retusam accedit, ad Hirtam altera. In herbariis præterea D. D. de Jussieu & Thouin, plus quam decem vidi, capsulis, & floribus orbatis: silentio tandem prætermis eas omnes, quæ reperiuntur apud quosdam auctores, qui ne vel earum corticem, ut ita dicam, attigere.

## P A R S A L T E R A.

STIRPES COMPLECTENS SIDIS AFFINES, FRUCTU TAMEN AB EISDEM DIFFERENTES ANODAM SCILICET, PALAUAM, ET TRIGUERAM

### § I. ANODÆ CHARACTER PROPRIUS.

Calyx simplex, semiquinquefidus, laciniis acutis, fructu maturo patentissimis, acutis, persistentibus.

Stamina, filamenta plurima monadelpha in extremitate dumtaxat tubi.

Fructus, capsula unica subtus hemisphærica, supra stellato plana, multilocularis, loculis monospermis.

Difert à sida capsula unica multiloculari, loculis monospermis.

#### 83. ANODA HASTATA. (Tab. 11, f. 2).

a. A. Foliis cordatis angulatis, superioribus elongatis hastatis, pedunculis longissimis unifloris axillaribus.

β. A. Caule atro-purpureo decumbenti, foliis vix cordatis, latis 5-7 angulatis inæqualiter crenatis.

γ. A. Foliis cordatis, inferioribus quinquelobatis acutis, lobo medio obtuso, floribus albis, fructu decaspermo.

Sida foliis angulatis: inferioribus cordatis, superioribus panduriformibus, capsulis multilocularibus. Linn. spec. plant. n°. 21.

Sida foliis inferioribus cordato-angulatis superioribus hastatis, petalis integrerimis. Roy. Lugd. 349.

Abutilon du Mexique. Encyc. n°. 31.

S. Cristata, & S. Hastata. R. h. P.

Caulis angulatus, atro-ruber, pilis aliquot vestitus, ramosus, bipedalis.

Folia petiolata, petiolis maiora, atro-virentia. Stipulae subulatae, arcuato-erecte, ciliatae.

Flores solitarii axillares; pedunculis erectis, folio majoribus.

Calyx initio subglobosus, postea laciniis acutis, in stellam apertis, apice acutissimis.

Corolla purpurascens in varietatibus  $\alpha$ ,  $\beta$ , alba in  $\gamma$ , patens.

Stamina numerosa.

Germen globosum: stylus 10-16 fidus: stigma capitata, transparentia.

Fructus calyce minor: capsula superne ciliata, in tot rostra horizontalia terminata, quot sunt loculamenta.

Habitat in Mexico & in Lime humidis, ubi eam observavit D. Domhey. Floret Lime mensibus maio & septembri, hic in Europa mense aug. sept. ○

Primam & secundam vidi vivas in R. h. P. tertiam sicciam apud D. de Jussieu, cultam olim in dicto horto, quam sicut figura supra citata.

Obs. An plantae  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ , diversae sint species, an vero unius ejusdemque varietates, affirmare non audeo. Facies est omnibus fere eadem: omnibus sunt folia hastata, plura tamen & longiora in prima quam in tertia: in secunda perpaucata: fructus in prima variat decem, aut sexdecim seminibus: in secunda sexdecim semper reperi: decem in tertia: hujus folia inferiora apice sunt obtuso-emarginata: secunda vero, quae cristata appellatur in R. h. P. latiora, angulata, breviora.

#### 84. ANODA TRILOBA. (Tab. 10, f. 3).

A. Foliis inferioribus cordatis subangulatis crenatis; superioribus, trilobatis, lobo medio lanceolato longiori, reliquis inaequalibus: floribus solitariis axillaribus longissime pedunculatis.

Caulis durus, erectus, subscaber, angulatus, bipedalis.

Folia longe petiolata, alterna, pilosa, crenato-dentata. Stipulae lineares, oblongae, carnosae, ciliatae.

Flores axillares, solitarii, pedunculati; pedunculis folio duplo longioribus, pilosissimis.

Calyx villosissimus, reliqua ut in *Anoda Hastata*.

Petala quinque purpurea, nervosa, quasi in tubum erecta, pilis albis ad ungues ciliata.

Stamina numerosa, in extremitate tubi: antherae reniformes.

Germen subrotundo-planum: stylus simplex, multifidus: stigma (15-25) subrotunda.

Fructus calyce minor: capsula superne ciliata, in 15-25 rostra horizontalia terminata.

Habitat in Mexico: colitur Hispali in Hispania. Vidi sicciam, inde missam ab amico meo D. Candido Maria de Trigueros. ○

## 85. ANODA DILLENIANA. (Tab. 11, f. 1).

A. Foliis triangularibus; inferioribus lato-crenatis, superioribus obsolete crenatis, longe petiolatis; pedunculis axillaribus unifloris longissimis.

Abutilon lavateræ flore, fructu cristato. *Dill. Elth. 3, tab. 2, f. 2.*

Tota planta pilosa.

Caulis teres, bipedalis, ramosus.

Folia petiolata, petiolis sensim brevioribus, triangularia, apice acuta, basi obtusa, utrimque crenata. Stipulae lanceolatae, lineares, arcuato-erectæ.

Flores solitarii axillares pedunculati; pedunculis erectis, unifloris, folio longioribus.

Calyx ut in praecedenti.

Corolla violaceo-purpurea, magna, patentissima.

Capsula ut in praecedenti at magis cristata. Semina 16.

*Habitat in Mexico V. S. omnino eamdem ac Dillenii, apud D. de Jussieu.* ○

Obs. Hec planta toto calo distat ab omnibus quas numero primo descripti, atque speciem diversam constituit; quamquam enim fructu convenienter omnes, utpote charactere generico & essentiali; facies tamen diversa est singulis, & folia in hac ultima longe recedunt a priorum figura. Hac ergo de causa a Linnæi opinione recedo, qui ex omnibus unicam efformavit speciem,

## § II. PALAUÆ CARACTER PROPRIUS,

Calyx simplex, semi-quinquefidus, persistens, saepe angulatus,

Stylus unicus, multifidus.

Stamina monadelpha in extremitate tubi dumtaxat.

Fructus sphaerico-conicus: capsulae plures, monospermæ, non dehiscentes, receptaculo centrali conico glomeratim impositæ.

## 86. PALAUÆ MALVIFOLIA. (Tab. 11, f. 4).

P. Caulibus declinatis ramosissimis: foliis cordatis obtuse & profunde crenatis aut lobatis glabris: pedunculis axillaribus unifloris, petiolo longioribus.

Caules rubri, scabriuscui, ramosissimi, declinati, vix palmares.

Folia sublobata, glabra, petiolata, alterna, petiolis ipsorum longitudinem fere metientibus. Stipulae parvae, nigrantes, lanceolatæ, hispidae.

Flores longe pedunculati, pedunculis unifloris, rubris, folio brevioribus.

Calyx angulatus, subitus planus, semi-quinquefidus, persistens, laciniis lanceolatis.

Corolla rosea, patens; ex petalis quinque calyci æqualibus, subrotundis, emarginatis, basi tubi staminum insertis.

Stamina ut in sidis.

Germen globosum: stylus brevis, superne multifidus, ruber: stigma capitata,

11-17.

Fructus vix calyce major: seminibus receptaculo hemisphaerico affixis, subrotundo angulatis, insculptis.

*Habitat*

*Habitat in Limæ arenosis, ubi eam primus observavit D. Dombey. Floret mense iulio. V. V. in R. h. P. florentem mensibus julio, augusto atque septembri. ○*

87. *PALAU MOSCHATA.* ( Tab. 11, f. 5 ).

P. Foliis cordatis ovato-crenatis tomentosis: stipulis lanceolatis parvis subnigris: floribus axillaribus unifloris longissime pedunculatis.

*Sida moschata* foliis cordato-ovatis, sublobato-crenatis, utrinque tomentosis, subtus albicantibus; stipulis lanceolatis, parvis, subnigris. *Dombey herb.*

Tota planta tomentosa est, odorem moschi redolens: radix longe fibrosa.

Caulis erectus, ramosus, bipedalis.

Folia parce petiolata, subrugosa, cordato-ovata, sublobata, aut obtuse & lato-crenata, alterna. Stipulae lanceolatae, parvae, subnigrae.

Flores solitarii, axillares, pedunculati; pedunculis geniculatis, folio longioribus.

*Calyx pyramidato-pentagonus*, angulis compressis, semiquinquefidus.

Corolla petala quinque, magna, flavo-purpurascens, subrotunda.

Fructus intra calycem, ex pluribus seminibus reniformibus, receptaculo conico affixus.

*Habitat in arenosis circa Limam. Ubi eam primus observavit D. Dombey. Floret mense septembri. ○ V. S. apud D. de Jussieu.*

§ III. TRIGUERA. (1).

88. *TRIGUERA ACERIFOLIA.* ( Tab. 11, ultima divisi.)

T. Foliis petiolatis inferioribus cordatis, superioribus palmatis incisis; summis trifidis aut lanceolatis; caule spica laxa terminato; pedunculis unifloris.

*Pentapetes herbacea* erecta, foliis brevi hirsutie scabris, inferioribus cordatis, mediis angulosis, superioribus palmatis incisis, summis trifidis, vel etiam lanceolatis, integerrimis. *Commersonii herb. & fig. in hist. nat. Insulæ Francie manusc.*

Caulis teres, ramosus, pilosus, bipedalis; spica laxa, longa terminatus.

Folia alterna, longe petiolata, petiolis longiora, scabra, dentata, infima indivisa, cordata, subrotundo-acuta, parva; reliqua palmato-multifida. Stipulae lineares, longæ, ciliatae, patulæ.

Flores spicati & axillares: flosculi longe pedunculati, pedunculis villosis, ad bracteam axillaribus.

*Calyx simplex*, ovato-oblongus, subquinquefidus, persistens: laciniis lanceo-lato-acutis, subhispidis.

Corolla alba, patentissima: petala quinque, tubo staminum affixa, ovato-oblonga, venosa, altera basis parte auriculata.

Stamina numerosa, nedum in tubi apice, verum etiam in hujus extima superficie (*ut in Hibiscis*).

Germen cylindrico-acuminatum: stylus filiformis, supra quinquefidus: stigmata capitata, villosa.

(1) In honorem D. Candidi Mariæ de Trigueros, hispalensis botanici atque poëtae, viri varia eruditione perpoliti, qui plurimas novas species diversorum generum detexit in Bœtica, nec non & genus novum, cuius descriptionem & figuram quamprimum dabo.

Fructus intra calycom, ipsoque paulo longior: capsula unica, ovato-acuminata, subpentagona; quinquelocularis, quinquevalvis, valvulis dehiscendo ciliatis. Semina 5 aut 6 in singulis loculamentis, parva, nigra, subrotunda.  
*Habitat in Insula Bourbon.* ubi eam observavit Commerson, qui & iconem dedit nondum vulgatam: asservatur apud D. de Jussieu, ubi eam vidi. Floret mense octobri, V. V. in R. h. P. ⊖

Obs. *Fructus est omnino Hibisci, at calyx simplex: hæcque planta tantum distat a Pentapete, ut non nisi errore, aut ad tempus dictum nomen, quemadmodum & pentapetes nova impositum esse putem. Qui vero Linneane doctrina nomen ita dederit, ut ne latum quidem unguem ab ejus dogmatibus audeat recedere, poterit hanc plantam inter fidias collocare, reluctante fructu, quemadmodum, Cl. Linn. hibiscum malvaviscum, hibiscis adscripsit. Ego vero novum genus constitutere existimo; & calycom in Monadelphis insufficientem reproto ad genera distinguenda.*

F I N I S.

---

*EXTRAIT des Registres de l'Académie des Sciences du 13 Avril  
1785.*

Nous avons examiné par ordre de l'Académie, une Dissertation latine & botanique, sur le genre appellé *Sida* de la famille des mauves & sur deux genres nouveaux, voisins du *Sida*, présentée par M. l'abbé Cavanilles.

La mauve & les genres qui lui sont analogues ont les filets de leurs étamines, réunis en un tube, au bas duquel sont attachés les pétales. Leur calice est tantôt double ou entouré à sa base de quelques écailles, tantôt & plus rarement simple. Leur pistil est surmonté de plusieurs styles, rarement réunis par le bas & terminés chacun par un stigmate. Le fruit est composé de plusieurs capsules uniloculaires, assez ordinairement disposées en anneau ou couronne, quelquefois entassées irrégulièrement, quelquefois aussi réunies en une seule capsule à plusieurs loges. La tige est herbacée ou ligneuse; les rameaux sont alternes; les feuilles sont alternes, & accompagnées de deux stipules à leur base. Ces genres sont rapportés par Tournefort dans la classe des monopétales régulières, par Linnée dans sa monadelphie, par les auteurs de méthodes naturelles dans la famille des mauves ou *malvacées*.

Le *sida* de Linnée, désigné antérieurement par Tournefort sous le nom d'*Abutilon*, se distingue des autres genres de cette famille, principalement par son calice simple. Linnée, en adoptant le caractère distinctif, a décrit sous ce genre 21 espèces dans la treizième édition de son *Systema plantarum*. On en retrouve 27 dans la quatorzième édition, publiée après sa mort. M. de Lamarck en donne 32 dans le premier volume de Botanique de la nouvelle Encyclopédie; il n'avoit point connoissance des espèces contenues dans les herbiers de Commerson ou dans quelques autres herbiers, ni de celles qui ont été envoyées depuis par M. Dombey, & par d'autres voyageurs.

M. Cavanilles, qui a eu la facilité de parcourir ces différents herbiers, & qui a cultivé lui-même la plupart des espèces vivantes au Jardin du Roi, s'est proposé de les décrire toutes dans une Dissertation particulière, & il en a porté le nombre jusqu'à 82, sans compter les variétés remarquables qui n'ont pas été omises. Chaque espèce y est désignée par un nom adjetif ou triviale à la manière de Linnée, suivie d'une phrase descriptive, des citations des auteurs, & d'une description détaillée. Ces articles sont terminés par l'indication du lieu natal de la plante, de sa durée, de l'herbier dans lequel elle existe, du voyageur qui, le premier, l'a fait connoître, & par une critique raisonnée des diverses opinions sur la dénomination de ces plantes.

Linnée avoit subdivisé ce genre en deux sections, d'après le nombre des capsules qui composent le fruit; & selon lui, dans la plupart des espèces, chacune de ses capsules ne contenoit qu'une semence. M. Adanson, l'un de nous, & d'autres après lui, ont observé que plusieurs espèces avoient trois semences dans chaque capsule. Ce caractère du nombre des semences a été préféré par M. Cavanilles pour ses premières divisions, & il a été fortifié dans son sentiment par une conformité entre ce nombre & la forme de la corolle.

Les capsules monospermes , suivant son observation , sont annoncées presque toujours par une corolle , dont les pétales ont à leur extrémité un prolongement latéral. Les corolles à petales régulières indiquent assez généralement des capsules trispermes. Chacune de ces deux sections principales est subdivisée par le nombre des capsules & par la forme allongée ou arrondie des feuilles. Une troisième section réunit les espèces dont on n'a pas le fruit & dont on ne connaît dès-lors ni le nombre des semences , ni celui des capsules.

Toutes ces espèces ont le caractère commun au *Sida* , qui consiste , suivant M. Cavanilles , non seulement dans un calice simple , mais encore 1° dans un fruit composé de plusieurs capsules uniloculaires , disposées circulairement ; 2° dans un tube chargé d'étamines à son extrémité , & non à sa surface extérieure , 3° dans un peduncule noueux ou articulé. Cette détermination a obligé l'auteur de séparer de ce genre le *Sida cristata*. Lin. qui , avec deux autres espèces consœurs , forme un genre particulier sous le nom d'*Anoda* , caractérisé par un fruit qui est une seule capsule à plusieurs loges. Deux autres plantes nouvelles , envoyées par M. Dombey sous le nom de *Sida* , parcequ'elles ont un calice monophylle , diffèrent essentiellement de ce genre , ainsi que de l'*Anoda* , par un fruit composé de plusieurs semences ou capsules monospermes , entassées irrégulièrement sur un placenta commun & centrale. Ce caractère a suffi pour former un nouveau genre sous le nom de *Palaua* qui diffère du *Malope* , autre genre de la même famille , par son calice simple non entouré d'écaillles.

Cette énumération de genres & d'espèces est précédée par une Introduction dans laquelle l'auteur expose l'objet & le motif de sa Dissertation , ainsi que les observations générales faites sur l'ensemble des espèces. Il a placé à la fin l'explication de 13 planches gravées qui terminent l'ouvrage , & dans lesquelles sont figurées la plupart des espèces décrites.

Ce travail qui a exigé beaucoup de recherches & un examen détaillé des caractères spécifiques , nous paroît en général bien fait , propre à donner des notions plus exactes sur un des genres les plus étendus du règne végétal. Quelques espèces , déterminées sur des individus secs pris dans les herbiers , n'ont pas de signes distinctifs suffisants ; & leur examen sur des individus vivants , donnera peut-être des notions plus précises. Nous engageons M. Cavanilles à continuer les observations sur ce genre , & nous croyons que l'ouvrage dont nous présentons l'analyse , qui donne une idée très avantageuse de son auteur , mérite d'être approuvé par l'Académie , & imprimé sous son privilége.

Au Louvre , ce 13 avril 1785. Signé ADANSON , A. L. DE JUSSIEU.

JE certifie le présent Extrait conforme à son original , & au jugement de l'Académie. A Paris ce vingt-quatre avril mil sept cent quatre-vingt-cinq.  
Signé , le Marquis DE CONDORCET.

# TABULARUM EXPLICATIO

In qua litteræ m. n. denotant plantam, fructus, aut illius partem; esse magnitudinis naturalis:  $\frac{1}{3}$  m. n., tertiam partem ejusdem magnitudinis;  $\frac{1}{2}$ , dimidiam, etc.

*Numeri initiales figurarum numeros designant; qui vero in fine reperiuntur, numeros Dissertationi respondentes.*

## T A B U L A I.

|  |    |
|--|----|
| 1. Pars fidæ morifoliae m. n.                              | 7  |
| 2. Pars S. repentis m. n.                                  | 4  |
| 3. Pars S. veronicæfoliaæ m. n.                            | 3  |
| 4. Sida pusilla absque radicibus m. n.                     | 1  |
| 5. Pars S. javensis m. n.                                  | 13 |
| 6. Pars S. multicaulis m. n.                               | 12 |
| 7. Pars S. capillaris m. n.                                | 11 |
| 8. Pars S. pilosæ m. n.                                    | 10 |
| 9. Ramulus S. spinosæ m. n.                                | 16 |
| 10. Pars S. pyramidataæ m. n. at folia $\frac{1}{2}$ m. n. | 15 |
| 11. Pars S. trilobæ m. n.                                  | 14 |
| 12. Pars S. verticillataæ m. n.                            | 19 |
| 13. Pars S. alnifoliaæ m. n.                               | 18 |

*a* Capsula birostrata. *b* Altera vix rostrata. *c* Calyx quinque capsulas includens. *d* Idem corollam & genitalia fovens. *e* Corolla figura, qualém observavi in vivis monospermis. *f* Germen & stylus quinquefidus ut in fida spinosa.

## II.

|   |    |
|---|----|
| 1. Pars S. linifoliae m. n.   | 23 |
| 2. Pars S. angustifoliae m. n.  | 24 |
| 3. Pars S. acuteæ m. n.   | 25 |
| 4. Pars S. ulmifoliae m. n.   | 26 |
| 5. Pars S. jamaicensis m. n.  | 31 |
| 6. Pars S. glomerataæ m. n. quamquam aliquando folia sint duplo majora. | 32 |
| 7. Pars S. urentis m. n.  | 27 |
| 8. Pars S. glutinosæ m. n. folia inferiora sunt paulo majora            | 28 |

*b* Calyx corollam & genitalia includens. *c* Tubus staminibus liberis terminatus. *d* Germen cum quinque stylis. *e* Corolla. *f* Fructus a calyce separatus. *g h i* Capsulæ, quarum ultima mutica.

## III.

|                           |    |
|---------------------------|----|
| 1. Pars S. micantis m. n. | 37 |
|---------------------------|----|

|  |    |
|--|----|
| 2. Pars S. cordifoliaæ m. n. Sæpæpius obseruantur folia triplo & quadruplo majora, rum etiam angulata. | 35 |
| 3. Pars S. multifloræ m. n.  | 24 |
| 4. Pars S. retusæ m. n. Aliquando duplo majora folia vidi atque latiora.                               | 33 |
| 5. Pars S. palmataæ m. n. Folia inferiora sunt quadruplo majora.                                       | 40 |
| 6. Pars S. rotundifoliaæ m. n.   | 39 |
| 7. Pars S. maculatæ m. n.  | 38 |
| 8. Pars S. albæ m. n.  | 45 |
| 9. Pars S. ciliaris m. n.  | 43 |
| 10. Pars S. stipulatæ m. n.  | 46 |
| 11. Pars S. planicaulis m. n.  | 50 |
| 12. Pars S. rhombifoliaæ m. n. Folia quandoque sunt duplo latiora & majora.                            | 47 |

*a* Capsula fidæ ciliaris muricata. *b* Capsula birostrata. *c* Tubus. *d* Germen cum novem stylis ut in fida alba.

## IV.

|  |    |
|--|----|
| 1. Pars S. perficæ, ut in Burman.  | 75 |
| 2. S. multifida m. n. at ramulorum longitudine naturali mulctata.  | 53 |
| <i>a</i> Fructus superne spectatus. <i>b</i> Pelicula subrotundo-concava inter calycem & capsulas, in cuius centro est columnæ pars. <i>c</i> Fructus lateraliter visus. <i>d</i> Capsula semen includens, sic visa ut ejusdem & aliarum patet magnitudo. <i>e</i> Eadem altera visa, ut alæ conspiciantur. <i>f</i> Capsula semine destituta. Omnia m. n. |    |
| 3. Pars S. occidentalis m. n.  | 52 |
| <i>o</i> Huius fructus. <i>p</i> Capsula clausa. <i>q</i> Eadem aperta, ut semen & plumulla aut caliptra videatur. (Hæc omnia m. n. paulo minora.)   |    |
| <i>r</i> Germen cum stylis. <i>s</i> Tubus staminibus liberis terminatus. <i>t</i> Petalum. (Hæc omnia m. n.)  |    |

## TABULA V.

1. Pars sidae triquetra m. n. 14  
 2. Pars S. periplocifolia m. n. 55  
 3. ramulus S. excelsioris m. n. Folia dantur triplo majora. 57

*d* Huius arborei fructus parte superiori spectatus, *e* Eiusdem capsula aperta cum seminibus, *f* Eadem dehiscaens, *g* Semen. (Omnia m. n.)

4. Pars sidae stellatae m. n. at folia inferiora sunt triplo majora. 56

*a* Huius corolla, *b* Calyx clausus, *c* Tubus per cuius medium transeunt styli quinque.

## VI.

1. Pars S. ramosae m. n. 58  
 2. Pars S. lignosae  $\frac{1}{2}$  m. n. 59  
 3. Pars S. unibellatae m. n. 60  
 4. Pars S. sonneratiae m. n. 62  
 5. Pars S. tricuspidatae m. n. Folia inferiiora sunt duplo majora. 64

*e* Tubus staminibus liberis terminatus, per cuius medium transeunt styli novem. *f* Fructus villosus, ex capsulis novem compositus. *g* Germen cum novem stylis. *h* Corolla expansa. ( Omnia m. n. )

6. Sida terminalis m. n. 63

*a* Huius fructus calyci insitens, *b* Capsula clausa, *c* Eadem aperta cum trium seminum inscriptione, *d* Semen. ( Omnia m. n. )

7. Pars S. truncatae m. n. 76

## VII.

1. Ramulus S. crispa m. n. at folia inferiora sunt duplo majora. 65  
 2. Pars S. asiatica vix  $\frac{1}{2}$  m. n. 66  
 3. Pars S. exstipularis  $\frac{1}{2}$  m. n. at folia inferiiora sunt quadruplo majora. 67  
 4. Pars S. planiflora  $\frac{1}{2}$  m. n. at folia reliqua & peduncula sunt triplo majora. 68  
 5. Pars S. hirta  $\frac{1}{2}$  m. n. 70

*a* Semen, *b* Capsula cum tribus seminibus, *c* Fructus integer, *d* Tubus staminibus terminatus, *e* Capsula dehiscaens, bicornis.

6. Ramulus S. pubescens  $\frac{1}{2}$  m. n. 71  
 7. Pars S. reflexa  $\frac{1}{2}$  m. n. at folia inferiora sunt triplo majora. 79  
 8. Pars S. peruviana  $\frac{1}{2}$  m. n. at reliqua folia sunt triplo majora. 78  
 9. Pars S. populifolia  $\frac{1}{2}$  m. n. at folia duplo majora, & inferiora magis oblonga. 69  
 10. Pars S. indicae m. n. folia dantur duplo majora. 72

## VIII.

1. Ramus S. spicatae ut in Plumierio. 51  
 2. Pars S. calycinæ m. n. 9

*a* Fructus integer, *b* Capsula, *c* Semen, *d* Calyx expansus.

3. Sida canescens m. n. 48

## IX.

1. Pars S. bifloræ  $\frac{1}{2}$  m. n. 80  
 2. Pars S. obtusa  $\frac{1}{2}$  m. n. 74

*a* Flos integer postice visus, *b* Tubus cum staminibus, *c* Germen cum stylis, *d* Fructus integer, *e* Capsula cum tribus seminibus, *f* Semen.

3. Sida hederifolia ut in Plumerio. 5

*g* Capsula birostrata, *h* Fructus integer.

## X.

1. Pars S. frutescens m. n. 17

*a* Calyx clausus, *b* Corolla, *c* Germen cum quinque stylis, *d* Tubus staminibus terminatus, *e* Fructus integer ex quinque capsulis, *f* Capsula.

2. Pars S. bourbonica, qualem dedit Commerçon. 8

3. Pars Anoda triloba, m. n. 84

## XI.

1. Pars anoda Dillenii, paulo minor m. n. at folia inferiora sunt majora. 85

*a* Huius corolla, *b* Calyx clausus, *d* Fructus sectio horizontalis ( haec omnia vix  $\frac{1}{2}$  m. n. ), *e* Valvula semen sustinens, *f* Eadem ipso orbata, *g* Semen ( haec omnia m. n. ).

2. Pars anodæ hastatæ flore albo m. n.  
3. Pars fidæ bivalvis  $\frac{1}{2}$  m. n.

83

20

2. Pars S. microphylæ.

44

*o* Hujus calyx corollam & genitalia includens. *p* Idem fructum continens. *q* Fructus duabus valvulis multistatus. *s* Hæ duæ valvulae diversarum capsularum modo quo dehiscunt. *r* Capsula. *t* Valvula unica. *u* Semen. ( Hæc omnia m. n. paulo minora ).

4. Pars palauæ malvifoliæ m. n. 86

*n* Germen cum stylo multifido *m* Fructus intra calycem. *l* Corolla. *k* Calyx fructu oratus. *k k* Idem corollam & genitalia fovere.

5. Pars Palauæ moschatæ m. n. at folia inferiora sunt fere duplo majora. 87

*h* Calyx fructum continens. *i* Idem altera parte laceratus ut fructus conspicatur situ & magnitudine naturali.

Quæ in ultima huius tabulae divisione vindentur *Triguera* fructificationem fistunt mag. fere n. I. Corolla. II calyx clausus. III Germen cum stylo quinquefido. IV Valvula intus visa cum feminibus & diaphragmate. V Eadem aliter spectata ut appareat diaphragma. VI. Fructus integer intra calycem. VII. Idem dehiscens.

XII. ( omnia in hac tabula sunt m. n. )

1. Pars fidæ orientalis.

41

*a* Fructus intra calycem. *b* capsula. *c* semen.

*d* Fructus. *e* calyx.

3. Pars S. capensis. 49  
4. Sida plumosa radicibus desituta. 2

*f* Calyx fructum continens. *g* Plumulla. *h* Fructus superne spectatus. *i* Capsula. *k* Semen.

5. Pars S. paniculatæ. 19

*l* Fructus. *m* Capsula. *n* Semen.

### XIII. ( omnia m. n. )

1. Pars S. herbaceæ. 36

*a* Calyx apertus, ut fructus appareat. *b* Capsula.

2. Pars S. flavescentis. 22

*c* Calyx fructum continens. *d* Idem apertus ut fructus conspicatur. *e* Fructus ex quinque capsulis. *f* Capsula.


3. Pars S. prostratæ. 21

( Omnia ut præcedenti )

4. Pars S. microspermae. 61

*g* Fructus. *k* Idem intra calycem. *h* Capsula. *i* Semen.


















卷之三





Opis à mā

